







JANSENIANI  
ERRORIS CALUMNIA  
A VENERABILI EPISCOPO  
JOANNE DE PALAFOX  
SUBLATA.



MANTUÆ CARPENTANORUM


ANNO MDCCCLXXIII.

TANSENIANI  
EDITIONE QUINTA  
A GENEVÆ PRISCOLO  
OAVINE DE TALMUD  
SUTTA



LIBRERIA CAGLIARIENSIS

1820. LIBRO UNO



JANSENIANI  
ERRORIS CALUMNIA  
A VENERABILI EPISCOPO  
JOANNE DE PALAFOX  
SUBLATA.

**S**Æpè Jesuitas tanquam insignes calumniatores traductos audivimus: nec sanè immeritò. Nam qui adverterit, quanto studio in suis de Theologia morum libris calumniam ipsi defendere, & à peccato immunem declarare contendant, qui legerit vel in Morali practica Jesuitarum, vel in historiis, aliisque libris eorum facta narrantibus, quām sæpè, quantoque artificio viros vel pietate, vel doctrinā, vel animarum zelo eximios ipsi sint calumniati, facile sibi persuaserit, non modò Jesuitas præcellentes calumniatores esse, sed adeò in arte calum-

niandi ceteros omnes calumniatores antecellere , ut iniquam , atque infamem calumniandi artem ad quamdam methodum , & quasi dixerim , ad aliquod scientiæ genus suis principiis ac demonstrationibus constantis , reduxisse videantur.

Verùm nunquam fortassè eorum in calumniando audacia magis eluxit , quàm cum non modò homines jam defunctos calumniis proscindere non destiterint ( quod & barbari horrere solent , & ipsis tamen familiare est ) ; sed etiam viros sanctitate insignes , gloriâ miraculorum claros , quos summi Pastoris oraculo publicæ fidelium venerationi exponendos expectat Ecclesia , canino dente adhuc mordere contendant.

Mirùm quot epistolas , quot libellos hac præsertim tempestate ( qua eos quammaxime silere oportuisset , si quid verecundiæ eorum frontibus inesset) contra Venerabilem Episcopum Joannem de Palafox sparserint , ut ipsius famæ detraherent ! Nempe Sanctissimum Virum , quem insano odio vivum prosequuti sunt , mortuum quoque diserpere non cessant , & contra fulgidissimam ipsius virtutum , ac miraculorum lucem ma-

nibus pedibusque adnituntur , ne ipsius nomen Beatorum albo adscribatur. Magnam sanè hominum audaciam , quæ contra ipsos quoque sanctos cum Deo regnantes , bellum movere non veretur ! En quod fabulati sunt olīm poetæ , oculis nostris conspicimus : gigantes scilicet contra Jovem bella gerentes. Sed tale bellum similis exitus sequatur oportet.

Ego quidem ignoti nominis scriptor, nulla omnino peculiari ratione adigor , ut cum bellantibus manus conseram ; quin immò optassem potius incuriosus spectator belli exitum præstolari. Sed tria sunt quæ me ad aliquid scribendum impulerunt. Primo , quod manifestas patentesque calumnias magistrali supercilie prolatas æquo animo ferre non potuerim. Secundò , quod aliquod qualecumque obsequium ostendere voluerim erga Venerabilem Episcopum, cuius Sanctitatem veneror, & sœpè intercessiōnem pro me apud Deum interpellavi. Tertiò tandem, ut sanctæ Sedis judicia ( quod omnium Catholicorum interesse debet) contra malignos obtrectatores defenderem. Possem etiam tribus hisce quartam rationem

ad-

addere , quæ mihi calatum ministravit. Quòd scilicet Sanctissimi Doctoris & præclarri Ecclesiæ luminis Augustini doctrinæ studiosus , ægrè tulerim Augustini magis quam Palafoxii sententias ab impudentibus sycophantis accusari. Nec tamen in hac brevi opellâ omnes , quotquot ex eâdem officinâ prodierunt , adversus Palafoxium libellos mihi mens est impugnare. Quis illos enumeret ? vel quis sanæ mentis illos legere sustineat ? Plures enim sunt adeò frigidi , adeò insulsi atque inepti , ut stomachum moveant legentibus , & sine risu nec titulus spectari possit epistolæ in vulgus sparsæ ab Episcopo Ultrajectensi , à triennio jam defuncto. Quapropter inter omnes scripturam selegi , quam vocant tribus columnis distinctam , quæ aliarum omnium malitiam simul amplectitur , quæ Achillis lancea visa est Palafoxii inimicis. Si hanc itaque scripturam ostendero à capite ad calcem calumniis scatere , omnia in ceteris libellis conspersa maledicta sua sponte diluentur , immò & in adversariorum caput recident.

In hoc igitur infami opusculo , quod impugnandum aggredior , iniquus Censor , in

calumniandi arte Magister excellens , Ven. Episcopum de Palafox Janseniani erroris nititur insimulare. Profectò cum in Jesuitarum ore aliud ferè non significet hoc verbum *Jansenista* nisi sanæ doctrinæ asseclam, ac Jesuiticæ depravationis inimicum , grataler potius nostro Venerabili Episcopo, quòd tale nomen à Jesuitis meruerit. Verum quia calumniator anonimus doctrinam in quinque famosis thesibus damnatam eidem appingere molitur, operæ pretium erit rem maturiùs considerare , & quàm paucis poterimus impactas calumnias exsufflare.

Nec tamen omnia, quæ malignus censor consarcinat , peculiari responsione arbitror refutanda: res enim esse longioris superflui que laboris. Sed satis erit iis, qui Theologiam vel summis labiis attigerunt, demonstrare, & quàm sana & catholica sit Palafoxii doctrina , & quàm effrons procaxque sit adversarii petulantia, qui carpere ausus est Venerabilis Episcopi Epistolam Pastoralem.

Quòd si quis serenâ mente , & à partium studio semotâ, ea omnia legerit , quæ in suo infami libello ex Palafoxio affert adversarius, spondeo, quòd nisi rixandi , & calumniandi

libidine ferveat, nihil in illis sit inventurus, quod à sana Catholicæ Ecclesiæ doctrina vel minimum discordet. Quid verò, si quis integrum Venerabilis Episcopi Pastoralem Epistolam legerit, quæ nunc ex Hispanico idiomate in Italicum versa in omnium manibus prostat? Profectò si vel prima Christianæ Religionis rudimenta noverit, fateatur, oportebit, non modò omnia ad veræ fidei normam exacta esse, sed in illa Venerabilis Episcopi zelum, humilitatem, charitatem, sanctitatem denique apertissimè elucere. In illâ siquidem epistolâ populum suum Angelopolitanum docens Vir Dei, ipsi hanc duplîcem veritatem exponit. Primam, quam Christus asseruit, dicens: *sine me nihil potestis facere.* *Ioan. 15.* Alteram, quam Apostolus prædicat, dicens: *quis me liberabit de corpore mortis hujus?* *Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum.* *Ad Roman. 7.* Hinc precandi formam suis ovibus exhibens, longam texit orationem, quæ penè tota ex Sanctarum Scripturarum, & ex Sanctorum Patrum, Magni Augustini præsertim, dictis constat: in qua animam contritam, & humiliatam Divinæ misericordiæ conspectui præsentat,

quæ

quæ suam agnoscit fragilitatem ; sua vulnera tūm ex originali , tūm ex actualibus peccatis inflicta fatetur ; de suā ad benē agendum sine divino adjutorio impotentia , & de insitā animo concupiscentiā , ad peccandum alliciente & trahente , humilitè conqueritur ; & tandem Divinæ misericordiæ magnitudinem, Divinæque gratiæ potentiam commendans , Deum exorat , ut suā omnipotenti virtute propriis malis medeatur , seque ex corpore mortis hujus liberet , & educat in libertatem filiorum Dei. Oro atque obtestor quot quot hoc opusculum lecturi sunt, ut legant pariter Sancti Viri epistolam: mirabuntur sanè , si Catholici sunt , quòd aliquid censurâ dignum in ipsâ potuerit inveniri. At cessabit admiratio , si adverterint , epistolam esse Palafoxii , & Censores esse Jesuitas.

Tota autem censuræ vis in id recidit , quòd Venerabilis Episcopus ab homine , sive sub concupiscentiæ pondere fatiscente , sive Divinâ gratiâ suffulto , tollat libertatem. At hanc calumniam nemo non Jesuita in Palafoxium dicet. Ipsam nanque epistolam qui legerit , contrarium , ni cæcus sit , manifestè

cernet. Liceat proīndè aliqua ex Palafoxio  
 exscribere, ut calumniatorum os , si fieri po-  
 terit , obstruatur. Ait ipse itaque num. 22.  
 „ Scio Domine, uti nos docet Ecclesia, quòd  
 „ nunquam à nobis adimas libertatem. Scio  
 „ quòd meo arbitrio relinquas vitæ & mortis  
 „ electionem..... Probè scio animam meam  
 „ esse in manibus meis, cum ego ille reapse  
 „ sim , qui eligo bonum & malum; hinc ar-  
 „ biter ego sum meæ salutis , & damnatio-  
 „ nis; auctor sum meæ fortunæ; & meæ æter-  
 „ næ coronæ, vel pœnæ ego ipse sum faber,  
 „ Nihilo tamen minùs agnosco , Domine,  
 „ hanc meam libertatem , quæ potissimum  
 „ meam excellentiam constituit , maximo  
 „ mihi quoquè periculo esse: adeò enim  
 „ miser sum , ut mihi utilius esset non pos-  
 „ se malum agere, & carere indifferentiâ ad  
 „ bonum , & ad malum. Num. 26. Verum  
 „ est Domine, quòd meo arbitrio relinquas  
 „ sempèr operari quod volo. Verum quo-  
 „ què est , quòd nostro arbitrio permittas  
 „ posse mutare, invertere , & derelinquere  
 „ fortunatum illum statum , in quo nos lo-  
 „ cas. Verum pariter est, te nunquam quod  
 „ semèl voluisti , & primam hominis consti-

, tu-

„ tutionem destruere , ut homo , scilicet  
 „ quod vellet facere posset , ut sui consilii fi-  
 „ lius esset , & in manibus suis vitæ , & mor-  
 „ tis electionem haberet . *Num. 33.* Si infer-  
 „ nalis tyrannus tum quoquè cum animam  
 „ captivam secum trahit per culpam , inta-  
 „ ctam mihi linquit libertatem , quam etsi  
 „ tollere posset , id tamen nollet , ut gravior  
 „ esset culpa ; quomodo fieri poterit , ut  
 „ Jesu Christi imperium ab animâ subtra-  
 „ hat libertatem ? ” Prolixior fierem si om-  
 nia afferre vellem , quæ ideo expressè affert  
 Palafoxius , ut libertatem sartam teatamque  
 servet ; sed dicta sufficient , ut cuique pa-  
 teat , nos non quidèm adversariorum ratio-  
 nes , sed meras putidasque calumnias fore im-  
 pugnaturos .

Opus ergò auxiliante Deo aggrediamur ,  
 & ne indoctis videar velle obrepere , ca-  
 lumniatoris libellum exscribam , & singil-  
 latim calumniis responsiones subjiciam .

# SYNOPSIS

## ERUDITO, ET BENEVOLO LECTORI

### S. D.

**Q**UO casu acciderit, ut in revisione Operum Illustrissimorum ac Vener. Servi Dei JOANNIS PALAFOX, olim Angelopolitani, posteà Oxomens. Episcopi, quoddam ejusdem Præsulis Opusculum inscriptum: *Carta Pastoral y conocimientos de la Divina Gracia, bondad y misericordia, y de nuestra flaqueza y miseria*: hoc est: *Epistola Pastoralis*, & agnitiones divinæ gratiæ, bonitatis, & misericordiæ, & nostræ infirmitatis & miseria: tot tamque eruditorum Revisorum oculos effugerit, vix concipi poterit. Quil enim fieri potuit ut Opusculum labe Jansenianæ undequaque aspersum, fidelissimumque totius Jansenii doctrinæ compendium, tam perspicaces oculos nihil moverit, in eoque nullam comprehendendi, aut esse doctrinam contra Ecclesiæ definitiones, in re fidei, & morum, aut etiam novam, peregrinam, & à communis sanctorum Patrum sensu alienam, dignamque Theologicâ notâ, post maturam discussionem, ac severius judicium, ad tramites Decretorum San. Mem. Urbani VIII. absolutum, unanimi suffragio declaraverint, atque authenticè testati fuerint? *Decret. 16. Dec. 1760.*

Equidem cum mihi Religioni esset, ac nefas esse existimarem tot doctrinæ Theologorum fidem, ac provitatem, vel minimum suspectam habere, lubens crediderim, eos in immensa illa Illustrissimi Præsulis Operum multitudine, quæ ipsorum examini ac revisioni commissa fuerant, hujus Opusculi examen, ac lectionem impunè, ac salvis Sanctæ fidei iuribus prætermitti posse sibi persuasisse. *Enim* verò exigua Opusculi moles, Opusculi titulus, totus ad devotionis atque humilitatis speciem compositus, & elaboratus, ipsa etiam Auctoris in vulgus diffusa Sanctitatis fama, eos in hanc sententiam facile, atque innoxie deducere potuerunt. *Quis enim* sibi persuadeat Episcopum Sanctitatis opinione celebrem tantillum Opusculum, præ ceteris Operibus suis, elegisse, in quod omne Jansenianæ Doctrinæ virus plenâ manu effunderet?

Præterea fieri potuit, ut doctissimi illi Theologi quam plurima ignoraverint, quæ si cognovissent, non levem ipsis Doc-

Doctrinæ Præsulis suspicionem injecissent ; eosque in suâ revisione scrupulosiores , cautoresque fecissent. Fortasse ignoraverunt arctam , & constantem Illustrissimi Præsulis cum præcipuis illius Sectæ capitibus necessitudinem , à qua numquam , ne ultimis quidem temporibus vita suæ , recessit. Ignoraverunt hujus Pastorale Epistolæ historiam. Ignoraverunt , sine dubio , hanc Epistolam Pastoralem nihil aliud esse ; teste hac in re locupletissimo ac certissimo Antonio Arnaldo , quām versionem Hispanicam Libelli Galici , cui titulus est : *Prière pour demander à Dieu la gracie d'une véritable , & parfaite Conversion* : hoc est : Oratio ad petendam à Deo gratiam veræ & perfectæ conversionis. Ignoraverunt libellum hunc bis Romæ , bis in Gallia , Censuris Ecclesiasticis fuisse confixum. Ignoraverunt hujus libelli doctrinam , licet Romæ damnatam , & proscriptam , ab Illustrissimo Præsule , non obstantibus Pontificiis Decretis , approbatam , & suis Diœcesanis tamquam securam , & ex qua salutis fructum percipere possent , propositam , & oblatam fuisse. Ignoraverunt , Illustrissimum Præsulem hanc suam approbationem , laudesque proscripto libello adeò liberaliter impertitas , nullo ne qui-dem plausibili prætextu absolvere , vel excusare potuisse ad ejus quippe aures Vaticana fulmina in libellum à se adoptatum emissâ certo certius pervenerant.

Harum , & aliarum hujusmodi rerum ignoratio honestam , nec omnino rejiciendam , excusationem doctissimis Revisoribus suppeditat. Verùm Deus O. M. qui portas Inferi adversus Sanctam & Immaculatam Ecclesiam suam numquam prævalituras esse promisit , Decretum quidem approbationis fieri permisit , sed Decretum non definitum , non absolutum , non perpetuum , non irreformabile , sed solummodo hujusmodi Decretum , quale mutatis circumstantiis , hoc est amplioribus successu temporis rerum cognitionibus accedentibus , reformari , penitusque deleri possit. Decretum quippe hac providentissimâ & prudentissimâ clausulâ munitum , temperatum , ac limitatum est , scilicet : *Reservato , de more , eidem D. Promotori jure opponendi suis loco & tempore.*

Nos igitur hujus sapientissimæ reservationis privilegio protecti , & nixi , prædictæ Pastorale Epistolæ quasi novum examen , solo , & puro Sanctæ Romanae Ecclesiæ amore impulsi , pro tenuitate nostrâ aggressi sumus , eoque maxime adducti sumus ad refranandam , & comprimendam Jansenistarum insolentissimam lætitiam. Illi enim memoratum Decretum ingenti plausu , & gaudio quasi triumphali exceperunt :

runt : Quoties illos his nostris auribus insanè exultantes in has sacrilegas voces erumpere audivimus : „Tandem aliquando , inquietabant , conclamata est illa Constitutio : *Unigenitus* : conclamata est , jam nihil reliqui habet quo subsisteret possit; vel sola Pastoralis hujus Epistole approbatio infaustum , & summoperè iniquam Quesnellii damnationem irritam facit , & in tartareas , unde emersit , tenebras demergit.“ Nimirum impotenti partium suarum studio miserè obcoecati , non intelligunt Decretum approbationis Scriptorum Illustrissimi Præsulis non esse firmitè , nec absolute , sed solummodo conditionaliter latum , scilicet , dummodo , antequam ad causæ consummationem , & finem deveniatur , nihil in contrarium partem opponatur ; quod non semel in aliis causis fieri contigit.

Evidem , si ingenuè , & cum eâ simplicitate , ac sinceritate , quam zelus gloriæ Dei suggerit , loqui fas est , fateor , quòd Jansenista non immerito sibi plaudere , nec vanis indulgēre , & exultare lætitias mihi viderentur , si Decretum istud staret ; sed Divinam Providentiam numquam id permissuram confidimus. Neque enim absolví potest Pastoralis Epistola Illustrissimi Præsulis , quin absolvatur Libellus Gallicus. Illius approbatio hujus approbationem necessariò & evidenter secum traheret , cum inter utrumque Opusculum nullum aliud grave , verum , ac solidum discrimen , præter idiomatum diversitatem , intercedat.

Verū cum nobis in mentem venerit , fieri posse ut Dissertatio Theologica , qualem primum meditabamur , non omnibus æquè placēret , sintque quamplurimi , quibus magis arrideat simplex rerum expositio , quam contentiosa dissertatio , hoc labore in præsenti supersedendum judicavimus , illum in posterum , si opus fuerit , libentè suscepturi. Viam breviorem , æquè , ut opinamur , efficacem , legentibus certè minus gravem , & minus opeosam hic sequemur. Omnis hæc nostra , qualiscumque elucubratio , tripartitæ doctrinarum collatione , tribus , quasi totidem tabellis , distincta columnis constabit. Prima Ecclesia : Secunda Ven. JOANNIS DE PALAFÒX : Tertia Jansenii , & aliorum hujusmodi doctrinam , semotā omni contentionē , accuratissimā , & simplicissimā propositionum expositione legentium oculis subjiciet , ut æquissimi , ac doctissimi Lectores , tripartitæ hac doctrinarum collatione , quid de Doctrinā Epistole Pastoralis Illustrissimi olim Angelopolitanī , postea Oxomensis Episcopi tandem sentiendum , & statuendum sit , vel uno conspectu videant.

Huic

Huic tripartitæ collationi brevem prædictæ Pastoralis Epistolæ historiam præmittendam esse censuimus, rati plurimum interesse, quâ occasione, quâ mente, quo animo, qui busve in circumstantiis, quis, quid scripserit. Vale.

Miratur itaque in præloquio subdolus Censor, quòd Palafoxii doctrina post maturam discussionem omnium Revisorum suffragio, ac Summi Pontificis Decreto 16. Decembr. 1760. Catholica, & omnis expers erroris fuerit declarata. At nihil in hoc admiratione dignum; doctissimi enim Revisores Palafoxii doctrinam non quidèm calumniari, sed examinare cupientes, errores illos, qui calumniatoribus tantùm patent, inventare minimè potuerunt.

At perbella prorsùs est excusatio, quâ subtilis Censor Revisores defendere laborat. Eos arguit oscitantiæ, negligentia, atque ignorantia; ac subdit posteā honestam nec omnino rejiciendam hanc esse excusationem. O perficitam hominis frontem!

Verùm quid faciet malignus Censor, cum Revisorum Judicium summus Ecclesiæ Pastor supremo oraculo firmaverit? Nùm oscillantiam atque ignorantiam Pontificio Decreto aditum fecisse dicet? Minimè gentium. Sed addit Pontificium Decretum hac

pru-

prudentissimâ clausulâ temperatum esse: *Reservato, de more, eidem Domino Promotori jure opponendi suis loco & tempore.* At vel fallitur Censor, vel fallit: nam jus opponendi Domino Promotori reservatum non est circa doctrinam, sed circa alia, quæ ad sanctitatem Palafoxii declarandam requiruntur. Quòd enim ad doctrinam spectat, causa finita est, & transiit in rem judicatam, Venerabilis Episcopi doctrinam ab omni erroris labe esse immunem. Quod sanè prudentissimè cautum est Decreto Regnantis Summi Pontificis, qui pro suâ sapientiâ ac justitiâ vetuit, ne rursùs de Palafoxii doctrinâ ageretur, quæ definitivo Decreto catholica, & orthodoxa fuerat declarata.

Nihil moror quæ deindè subjungit Censor, Jansenistas scilicet exultare, si doctrina Palafoxii approbetur, Pontificias Bullas contra ipsos latas suâ sponte cadere, errores invahi, veritatem in Ecclesiâ periclitari. Hæ sunt consuetæ Jesuitarum naniæ, qui semper Ecclesiam labascere, & portas inferi prævalere, æquè stulte ac impiè clamant, quoties ipsorum vel corrupta doctrina, vel depravati mores redarguuntur. At vide Jesuita-

tarum indolem ! Ii ipsi qui Pontifícia Decreta aliquo sibi pacto faventia adeò extollunt, ac timent ne vel levitèr violentur, iidem Decreta sibi displicentia non curant, immò sine ullo conscientiæ scrupulo infringunt, ac pessimumdant. Notum est omnibus, Benedictum XIV. sanctæ memoriae Pontificem Jesuitis præcepisse, ne quidquam in hac Palafoxii causâ scribere auderent; sed si quid haberent, quod opponere vellent, id vel Fidei Promotori, vel S. Rit. Congreg. Secretario deferrent. Nùm ideo huic præcepto paruerunt? Nihil minus in Jesuitis invenies, quam obedientiam legitimis Potestatibus, sibi non placentia jubentibus. Jam totum Christianum Orbem scriptis satyricis, & calumniosis, etiam sub ementito aliorum nomine repleverunt : nec quoàd vixerint ( brevem tamen ipsis, Deo favente, vitam auguramus) ab incepto desistent. Pontificio Decreto jam ab anno 1760. doctrina Palafoxii ab omni errore immunis fuit declarata. Hanc declarationem firmam & inconcussam esse statuit Clemens XIV., qui Ecclesiæ clavum felicitèr gubernat. Nùm ideo Jesuitæ acquieverunt? Inquietum hominum genus, & Reip.

tum Ecclesiasticæ tum Sæculari perturbandæ natum , nec quiesceret , nec alios quietos esse sinet , donec ipsius memoria fuerit de terrâ delata.

---



---

## COMPENDIOSA PASTORALIS EPISTOLÆ

# V. JOANNIS DE PALAFOX

## HISTORIA.

### I.

**E**Pistola Pastoralis Illustrissimi ac Ven.D.D. JOANNIS DE PALAFOX Matriti primum 2. Februarii 1653. deinde Bruxellis anno 1671. in lucem prodiit (hanc Edition. Bruxellensem in totâ istâ Synopsi sequuti sumus) Pastoralis illa Epistola nil aliud fermè est , quâm translatio Libelli cuiusdam Gallici in lingua Hispanicam (A) ; cuius rei luculentissimum testem habemus Antonium Arnaldum Tom.6.Epit. pag. 79. Epist. 435. ad D. de Vaucel , & Tom. 4. Moralis practicæ Jesuitarum pag. 280. 281. Libelli Gallici Titulus est : *Prière pour demander à Dieu la grâce d'une véritable , & parfaite*

(A) *Minimè , crediderim , erudito , & benigno Lectori injucundum erit scire , quis , & qualis fuerit Guillelmus le Roi , quem Illustrissimus Presul Virum spiritualalem , & secura doctrinæ Magistrum prædicat. Guillelmus le Roi fuit Abbas commendatarius Altifontis Ordinis Cisterciensis. Quantum fuerit Jansenista secunda additum , etiam si alii non constaret , sola hæc oratio luculentè demonstraret. Sed alia ipsem etiam plurimè summa sua , & absoluta cum illic necessitudinis argumenta suppediat. Legatur praeteris famosa illa epistola cui titulus est : Lettre sur la confiance & le courage qu' on doit avoir pour la vérité. Hoc est : Epistola de constantia , & fortitudine , quam zelus veritatis postulat , cuius scopus erat confirmare Sectariorum animos contra injunctam ab Alexandro VII. & à Gallicis Episcopis Formulari subscriptionem. Nihil illa Epistola quidquam impudentius , nihil seditionis , aut magis impium excoxitari potest. Legatur etiam altera ejusdem Epistola , ubi sub ementio Solitarii eiusdem nomine : Lettre d'un Solitaire , acerrime , & arrogansimè inventitur in persecutionem , quæ indociles , ac rebelleris Portus Regalis Montales exagitari , falsò & immerito calumniatur. Hinc intelligi potest , utrum Guillelmus le Roi , Vir spiritualis ab Illustrissimo Presule nuncupatus , jure , an immerito inter precipuos Jansenismi Antesignanos annumeretur.*

*faite conversione: hoc est: Oratio ad petendam à Deo gratiam  
veræ & perfectæ conversionis: Auctorem habuit Guillelmus  
le Roi, Abbatem Alti-Fontis sectæ Jansenistarum addic-  
simum.*

II. Libellus Gallicus exiguae licet molis, totum Jansenii de libertate humanâ, & gratiâ sistema accuratissimè continet, tantoque aptior erat ad alliciendos, captandosque simpli- cium animos, quò sub vello devotionis, & humilitatis, minus suspicionis habere poterat. Jansenistæ omni studio, om- nique operâ curaverunt, ut ubiqù Opusculum illud disse- minaretur, ita ut ab anno 1652. quo primùm editum fuerat, ad annum 1690. typis plusquam viciè repetitis, teste eodem Arnaldo, ubiqù effunderetur. Verùm affectatam illam, & nimis sollicitè à Jansenistis ingestam in vulgus libelli com- mendationem sors infausta subsequuta est, ut potè qui variis, & solemnibus confixus fuit censuris.

1. Ab Innocentio X.	23. Aprilis	1654.
2. Ab Alexandro VII.	16. Octobris	1656.
3. Ab Archiepis. Rothomag.	26. Maii	1661.
4. Ab Archiepis. Eberodunen.	20. Junii	1754.

III. Hic est Libellus laudatus, approbatus ab Illustrissimo Angelopolitano Episcopo D. D. JOANNE DE PALAFOX, quemque à se adoptatum, & in linguam Hispánicam à se tra- ductum, specioseque Epistolæ Pastoralis nomine decoratum suis subditis tamquam cibum, & pastum spiritualem, secu- ramque Doctrinam continentem proposuit.

IV. Prohibitionem, & damnationem Innocentianam, pro- hibitionisque, & damnationis confirmationem ab Alexandro VII. factam Illustrissimus Præsul ignorare non potuit; siquidem è damnatione Innocentianâ quinque, à confirmatione Alexandrinâ usq; ad Illustrissimi Præsulis obitum tres anni integri effluxerunt. Obiit primâ Octobris anno 1659.

V. Post Innocentianam damnationem, Alexandrinamque confirmationem, convenientissimum erat, ut Illustrissimus Præsul adoptatum à se libellum palam repudiaret, atque ad id faciendum tantò strictius adigebatur, quanto sanctiorem vitam profiteri videbatur. Veræ enim Sanctitatis præcipiuus character esse debet, & sempèr fuit, prompta, & humili erga Sanctam Sedem, ejusque Decreta reverentia; idque demùm eò facilius præstare & debuisse, & potuisse, quò facilius alienum, quam proprium opus ab unoquoque deseritur, &

abjudicatur. Atqui nec verbo , nec scripto Libelli adoptionem numquam abrogavit , & rescidit , quinimò tantum abest , ut suæ eum adoptionis pœnituerit , ut contrà inter alia sua opera , quæ paucis suam ante mortem mensibus , ad Marchionem de Aytona , & ad R. P. JOSEPHUM DE PALAFOX , Ordinis Sancti Bernardi Monachum , sibi & sanguine , & necessitudine conjunctum , remisit , ut se mortuo , edi curarent , libellus , de quo agitur , ab ipso , ut paulò ante diximus è Gallico sermone in Hispanticum translatus , inventus fuerit. Id ipsum testatur Editor JOSEPHUS DE PALAPHOX in Præfatione Tomi V. Operum Illustrissimi Præsulis , ubi in hæc verba plena emphasi prorumpit : *Denique , inquit , ut Tomus iste aurea claudatur clavi , ultimò adjiciam Epistolam Pastoralem de pretio divinæ gratiæ ; atque hoc ipsum , etiamsi alia , & quamplurima non suppeterent , validum argumentum esse potest , quām arctè cum sectâ Jansenianâ Illustrissimus Præsul conjugebatur , qui nec Pontificiis Decretis , nec pravæ Doctrinæ evidētia , ab illâ unquam divelli , & distrahi potuit. Verum , ut dixi , quām plura alia arctæ hujus necessitudinis argumenta habemus.*

Compendiosam , & nimis certè compendiosam , Epistolæ Pastorali historiam audi-  
vimus : sed dum in hac historiâ ea duntaxat , quæ suæ causæ favent , recitat Censor , quæ verò sunt contraria , silentio prætermittit , historicum ne , an calumniatorem agit? Ad-  
damus quæ historiæ desunt , & statim eva-  
nescet calumnia.

Prodiit quidem anno 1652. libellus quidam Gallicè scriptus , cui titulus : *Precatio ad petendam à Deo gratiam veræ conversionis , sine auctoris nomine , qui tamen vulgo perhibetur esse Guillelmus le Roi. Libellus iste*

Sa-

Sacræ Inquisitioni delatus, nullam peculiarem condemnationem meruit, nec ulla ex ipso excerpta propositio fuit in particulari proscripta: fuit tamen anno 1654. prohibitus una cum aliis libris, potius ex suspicione, quam libelli auctor ingerebat, quam ex perversa libelli doctrinâ; quod indè patet, quòd cum idem libellus aliis precationibus insertus, editus esset sub titulo, *Precatio ad petendum à Deo donum, & effectum gratiae Christianæ*, in quâ novâ editione paucissima verba vel addita, vel immutata erant, nullam subiit prohibitionem, ut ex indice librorum prohibitorum abundè patet.

Pastoralem autem Epistolam Venerabilis Palafoxius scripsit anno 1653. antequâm opus Guillelmi le Roi prohiberetur. At fallitur Censor, aut potius fallit, dum ait, supradictum libellum in linguam Hispâniam à Palafoxio traductum, speciosèque epistole Pastorâlis nomine decoratum. Quilibet hæc audiens existimabit Pastoralem epistolam aliud non esse, nisi eumdem omnino Guillelmi le Roi libellum in Hispânicum idioma translatum. Sed nihil à vero magis abhorret. Ex illo libello multa quidem haurit Palafoxius, sed ea

ea adeò invertit, detruncat, auget, explicat, & immutat, ut opus conficiat amplius quam duplo majus, & à primo omnino diversum. Quapropter si nullam meruit prohibitionem precatio diverso titulo edita, in quâ vix pauca verba immutata, vel addita erant, quam quæso censuram mereri poterit Pastorali Epistola, opus à primo toto cœlo diversum? Auctorem quoquè operis laudat Palafoxius tamquam virum spiritualem: nec immeritò. Nam auctor tunc ignorabatur: precatio multa continet quæ reapse optimè dicta sunt, & auctorem redolent verè spiritualem: quæ verò suspicionem afferre poterant, quæque in bonam quoquè partem poterant interpretari, nihil moverunt Venerabilem Episcopum, ne auctorem spiritualis viri nomine decoraret, qui Christianâ charitate docebatur, ante judicis sententiam cuncta in meliorem partem accipi debere.

Prohibito autem Romæ anno 1654. sub Innocentio X. opere Guillelmi le Roi, prohibitionis rumor statim ad Palafoxii aures pervenire non potuit, tum in Hispaniis commorantis, ad quas Jansenistarum concertationibus, ac dissidiis aditus non patebat. At statim

tim ac ipse operis Guillelmi le Roi proscriptio-  
nem audiit, scripsit ad Alexandrum VII.,  
qui tunc ad Apostolicam cathedram fuerat  
eiectus, eique, dum de ipsius electione gra-  
tulatur, suam Pastoralem Epistolam misit,  
ejusdemque judicio subjicit. Quid verò Sum-  
mus Pontifex rescripsit? Suis Apostolicis litteris anno 1655. Pastoralem Epistolam lau-  
davit, ac Sancti Episcopi pietatem, & zelum commendavit. Quamvis autem in Pon-  
tificis Maximi litteris expressa non fiat men-  
tio Pastoralis hujuscem epistolæ, de cuius orthodoxiâ litem nunc intentant Jesuitæ, con-  
stat tamen apud omnes, qui veritatem amant, & à calumniandi libidine abhor-  
rent, hanc eamdem Ven. Episcopi epistolam ad Alexandrum missam, & ab eo commen-  
datam.

Hæc tacuit malignus Censor: hæc Jansenianismi calumniam prorsus evertunt. Si enim Palafoxii epistola ab Alexandro VII. fuit approbata, quâ fronte blaterare au-  
dent Jesuitæ illam undique Jansenismo sca-  
ttere? At Alexander (inquit Censor) rursus opus Guillelmi damnavit. Prorsus mentitur. Nunquam Alexander opusculum Guillelmi  
le

le Roi in peculiari damnavit. Quòd si damnasset, quid nostra interesset? Hoc sanè demonstraret Venerabilem Episcopum ea ex hujusce auctoris opere excerptissime ac delibasse, quæ catholica erant, & ab omni erroris labo aliena: quæ verò suspicionem afferre poterant, quæque deinde proscriptionem sunt promerita, vel omisisse, vel mutasse, vel explicuisse. Nec rursùs novum est quòd eadem propositio in unius ore rectè sonet, & approbetur; quæ ab alio prolatæ, sit suspecta, & reprobetur. Sic verbi gratiâ, hæc propositio, *Unus de Trinitate passus est*, in Eutychianorum ore heretica erat & damnata; in ore Monachorum Scytharum erat suspecta; in ore Catholicorum vera & Catholica. Quòd si propositioni addatur, *passus est secundum carnem*, & catholica omnino est, & ab omni suspicione prorsùs aliena. Quid mirum proinde, quòd eadem dicta sint suspecta in ore Guillelmi le Roi, & suspicione vacent in ore Palafoxii? Quid mirum, quòd etsi aliquæ propositiones absolutè prolatæ potuissent in sinistram partem interpretari, in epistolâ tamen Palafoxii sint adeò correctæ, expurgatæ, & omni ambiguitate ca-

rentibus verbis expressæ, ut ab omni censurâ sint immunes? Hoc indè etiam patet, quod quamvis Guillelmi precatio proscripta fuerit, nullam tamen Vener. Episcopi nostri epistola Pastoralis prohibitionem passa sit. Nec hactenùs quisquam Palafoxium ausus est Jansenistam dicere, nec quisquam audebit, præter Jesuitas, qui hoc nomine suos adversarios liberalissimè munerantur: quin tamen vel suam meliorēm, vel eorum causam deteriorem efficiant. Ludit ergò operam ini quis Censor dum ex plurium similitudine dictorum inter opera Palafoxii, & Guillelmi le Roi, conatur inferre, Jansenismo infamam Palafoxii doctrinam.

At cur, inquit Censor, postquam opus Guillelmi le Roi ab Innocentio X. fuit proscriptum, Palafoxius ipse epistolam suam non retractavit? O ridiculum calumniatorem! Ecce Palafoxius retractaret epistolam, quæ Summi Pontificis approbationem meruerat? Noverat ipse nihil in suâ epistolâ inveniri à rectâ fide alienum, nihil quod æquam censuram pati posset, nihil quod ad fidelium ædificationem non conferret; ac proindè rectè se gessit, dum ipsius editio-

nem paucis antè suam mortem mensibus amicis commendavit.

Quid verò de condemnatione operis Guillelmiani dicemus ab Archiepiscopis Rothomagensi atque Eberodunensi prolata, & potissimum ab Eberodunensi, qui opus proscrispsit tamquam propositiones continens temerarias, scandalosas, erroneas, &c. & deniqüè hæreticas? Dicemus profectò quòd, positâ Summi Pontificis damnatione, quævis alia nobis superfluat. Dicemus, censuras illas, quas operi Guillelmi non appinxit Petri Cathedra, sine ratione profusas ab Archiepiscop. Eberodunensi, quem scimus pro varietate temporum priùs inimicum, amicum deindè Jesuitis fuisse; quorum etiam calamo scribebat, & ore loquebatur. Dicemus tandem, quòd si opus Guillelmi le Roi nullam à S. Sede damnationem meruisset, utcumque ab Archiep. Eberodunensi fuisse damnatum, pluris nos facere Palafoxii judicium, qui illi erat par dignitate, sed doctrinâ, & sanctitate illo longè superior.

Prosequitur Censor, & plures conjecturas affert, ut Palafoxium cum Jansenistis sentire probet: sed adeò inanes sunt & in-

firmæ, ut quamvis calumniandi cupido occasione aliquam præbere valeant loquendi, sapientem tamen virum nec hilum commovendi vim habent. Eas itaque singillatim discutiamus.

Primo. Aperiatur opus illud famosum totiès damnatum & proscriptum : *La Morale pratique de Jesuites*: hoc est: Praxis morum secundùm Jesuitas: Hujus Operis sex posteriora volumina vulgo Antonio Arnaldo adscribuntur. Ibi Arnaldus, siue alius quilibet Operis Auctor, causam Illustrissimi Præsulis cum PP. Missionariis Mexicanis è Societate Jesu ita acriter, & ardenter defendendam suscipit, ut suam potius, quam alienam tueri, ac defendere videatur. Tertii voluminis partem aliquam, quartum verò quantum est, pro vindicandis, ut calumniatur, Præsulis juribus, totum impensè devovet: illud porrò notum est, & constanti omnium ætatum memoriâ compertum, Novatores nulli unquam, quem suum esse, & secum sentire probè, ac certè non noverint, patrocinari, & favere.

Auctor *Moralis practicæ* *Jesuitarum* id potissimum agit in suo opere, ut ostendat quam male contra Evangelii præcepta ipsi se gesserint, viros innoxios calumniando, mercimonia exercendo, contra inimicorum suorum res, honorem, & vitam intentando, Ecclesiæ, ejusque Pastoribus non obediendo, &c. De his amplum ac certissimum argumentum ipsi suppeditabant dissidia inter Venerabilem Episcopum de Palafox, & Jesuitas: Quid ergo mirum si tam avidè hoc arripuerit argumentum? Nemo post Pa-

lafoxium Jesuitarum mores hactenùs arguit, qui ad maximam eorum ignominiam, persecutio[n]es contra S. Episcopum ab ipsis in justè excitatas non retulerit. Omnes ne ergò Jansenistæ? Ita plane: Nihil aliud, scilicet, sonat Jansenistam esse in ore Jesuitarum, nisi ipsorum inimicum.

Secundò. Scitum est, Jansenistas peculiarem Sanctorum suorum Indicem conservare, suumque habere privatum, propriumque Kalendarium ab Ecclesiæ Romanæ Kalendario omnino diversum; ubi, præter suæ sectæ studiosos, acerrimosque fautores, neminem alium reperiās. Hoc speciāli honore Illustrissimum Præsulem condecorarunt, ejusque cultui diem ipsum illius obitus primum Octobris consecrarunt, ut constat ex collectiōne Scripturarum circa Moniales Portus Realis Typis Regiis excusa Parisiis anno 1710. (B)

In indice à Jansenistis confecto reperiuntur etiam SS. Francisci Salesii, & Joannæ Franciscæ de Chantal, nomina. Poterit ergò & Venerabilis Palafoxius simūl reperiri & in Indice sanctorum à Jansenistis confecto, & in Kalendario S. Romanæ Ecclesiæ. In Bibliothecâ quoquè Jansenianâ, & in dictionario Janseniano à Jesuitis confectis, tot clarissimi auctores, & doctrinâ, pietate, ac dignitate insignes adnotati reperiuntur:

nun-

---

(B) Recueil de pieces concernant les Religieuses de Port-Royal des Champs: à Paris de l' Imprimerie Royal 1710.

nunquid ideo aliquod ipsis præjudicium illatum est? Nullum planè. Immo ex hoc eorum fama & existimatio majus accepit incrementum. Nullum ergò pariter Palafoxio afferre poterit præjudicium, quod ipsius nomen in Jansenistarum Necrologio reperiatur adscriptum. Profectò dum ea omnia opera damnavit Apostolica Sedes, nullam de iis rationem haberi voluit, sicuti nec nos oportet habere.

Hoc tamen dictum volo, dato quod suo Kalendario revera Palafoxium inscripserint Janseniani. Id verò unde constat? Noster hic Censor advocat in testem quamdam collectionem Scripturarum Parisiis excusam, cui titulus: *Recueil de pieces concernant les Religieuses de Port-Royal des Champs, A Paris de l'imprimerie Royal 1710.* Quod tamen dum legerem, non levis suspicio animum subiit, hocce Kalendarium opus esse à Jesuitis confitum. Quoniam enim pacto, mecum ipse ajebam, Portus Regii Moniales, die 29. Octobris ann. 1709. ex suo Monasterio extractæ, & in alia dispersæ, hujusce poterant libri impressionem curare? Earum quoquè fautoribus, & amicis, quomodo Regia Typographia

graphia, summâ tunc temporis auctoritate  
 pollutibus Jesuitis, patere poterat? Totum  
 ergo hoc opus, inferebam, in Jesuitarum  
 officinâ potius est procusum. At aliud mihi  
 quærenti liber iste inopinato occurrit. Et pri-  
 mo adverti, censorem dimidiatum libri ti-  
 tulum adduxisse, ut opus crederetur à Por-  
 tus-Regii amicis evulgatum. Integer verò ti-  
 tulus sic se habet. *Recueil de pieces concernant*  
*les Religieuses de Port-Royal des Champs, qui*  
*se sont soumises à l'Eglise. A Paris, &c.* Je-  
 suitæ omni procul dubio hujuscce operis au-  
 tores, ideo illud vulgarunt, ut publicam à  
 se invidiam ob dispersas Moniales amove-  
 rent: quod patet ex operis præloquio. Hinc  
 primò quarumdam ex ipsis retractationem,  
 & Pontificiis Bullis subscriptionem afferunt;  
 deinde quædam monumenta producunt, per  
 quæ Monialium in Jansenianos studium  
 comprobaretur; in fine verò adest breve ip-  
 sarum Kalendarium, in quo die primâ Octo-  
 bris habetur nomen JOANNIS DE PALAFOX. Ex  
 hisce verò, quæ primò suborta erat suspi-  
 cio, magis increvit. Hujuscce enim Kalen-  
 darii non alios testes habemus, nisi Jesui-  
 tas: Quis verò non stultus Jesuitis sive pro  
 se,

se, sive contra suos inimicos testantibus, nisi adsint evidētia documenta, credat? Novimus profectō, quām sāpē sub aliorum ementito nomine opera in suo cerebro conficta in vulgus sparserint, quō securiūs suis nocerent inimicis. Quis ignorat celeberrimam congressūs Burgo-Fontani inventiōnem, in Jesuitarum cerebro ex integro proculsam, & totiēs tamquām veram historiam stolidis divenditam? Quis nescit famosam Duacensem nequitiam, cunctis notam sub nomine *de la fourberie de Douvai?*

Et, ut ceteris omīssis, propiūs ad rem accedamus: quis nescit, Jesuitas contra PALAFOXIUM modō confictū processum in causā Angelopolitanā, priūs Romæ, deindē in Bullario Lugduni impresso evulgasse, ab Alexandro tamen VII. rejectum & damnatum? Modō Pastoralem epistolam sub nomine Archiepiscopi Hispalensis, & ejusdem PALAFOXII Nepotis, edidisse? Modō confictas epistolas ad Doctorem Lovaniensem, de quibus mox fiet sermo, sparsisse? Modō tandem sub Meindartsii nomine novas calumnias molitos fuisse? (Advertat Lector, an jure dixerim Jesuitas calumniandi artem

ad

ad exquisitam methodum reduxisse. Quis enim præter ipsos tantâ calliditate sciret calumniari ? ) Quid igitur mirum, si vel Kalendarium ex integro excogitarint, vel illi saltèm ex suo penu PALAFOXII nomen addiderint ? Profectò cum in illo brevissimo Kalendario non omnium, sed vix aliquorum celebrioris nominis, qui Portum-Regium incoluerunt, fiat mentio ; incredibile prorsus est, quòd plurimis ex suis amicis omisis, duorum tantùm exterorum, scilicet Gregorii Lopez ad diem 20. Julii, & nostri PALAFOXII ad primam Octobris memoriam servaverint. Verùm omnem dubitationem tandem adimit, & quod suspicabar, verum esse docet liber, quem ad manus habeo, cui titulus : *Manuel des Pelerins de Port-Royal des Champs. Au desert l'ann. 1767.* In hoc pag. 28. & sequent. habetur longum Necrologium eorum omnium, qui Portum-Regium vel incoluerunt, vel sive amicitiâ, sive favore, sive protectione prosecuti sunt : & ibi quidem nomina lego Beatæ Franciscæ Fremiœ de Chantal die 13. Decembris, & Sancti Francisci Salesii die 27. ejusdem mensis ; sed PALAFOXII nomen nullum reperio.

rio. Quis verò sibi persuadeat Jansenianos ex suo Necrologio tam illustris Episcopi nomen erasisse? Quinimmò certum existimo, nunquā illius, qui nullā cum Jansenianis societate junctus fuerat, in Jansenianorum Necrologio nomen extasse; sed id esse purum putumque Jesuitarum commentum, quibus solemine semper fuit, vel opera confingere, vel interpolare, ad sese laudandos, vel ad suos perdendos inimicos.

Tertiò. Illustrissimus Præsul, toto vitæ sua tempore, nūlam unquā prætermisit occasionem suum erga illam gentem amorem, affectumque declarandi: Quicquid ab ipsis veridicè, an falsò, catholicè, an hæreticè, nihil intererat, scribebatur, dummodò ex illâ officinâ prodiret, avidè excipiebat, sollicitè exquirebat. Quantâ cum lætitia, & quanto cum plausu complecteretur litteras, quas vocant Provinciales, quæ ad ipsum à suis familiaribus Jansenistis accuratè mittebantur, ipsem testatur in responsione ad unum aliquem suum Amicum Lovaniensem, à quo nonam Epistolam acceperat. „Accepi, „inquit, nonam Epistolam circa Theologiam Moralem meo- „rum Benefactorum (hoc nomine ironicè Jesuitas percellit). „Porrò certò teneo, quòd sit res optima; illam, cum plus „otii nañtus fuero, legam; si alias deinde securitas ad ma- „num habueris, te etiā, atque etiā enixè rogo, ut eas ad „me transmittas (C). „

Notum est quâ aviditate, & quo plausu litteræ, Provinciales dictæ, ab omnibus, qui  
E Je-

(C) Recibi la Carta nona à cerca de la Teología de mis bien hechores. Tengo por cierto, que será cosa buena; la que leeré en teniendo tiempo... Si V. S. pudiere adquirir las demás, le suplico me las emble: 21 Septemb. 1656.

Jesuitæ vel habitu , vel affectu non erant, statim ac singulæ prodibant, quærebantur, excipiebantur, legebantur. Quid mirum quòd placuerint etiam Domino de Palafox , viro doctissimo , qui ipsarum pretium , atque elegantiam optimè poterat agnoscere ? Prætereà in iis , exceptis quatuor prioribus , nihil omnino est , quod ad Jansenium , vel Jansenistas spectet , sed tantùm plurimæ laxæ, scandalosæ , atque erroneæ Jesuitarum opiniones in re morali deteguntur, ac deridentur. Quod sanè eam præstitit Ecclesiæ utilitatem , quòd admoniti Pastores de perversâ doctrinâ , quæ in Jesitarum libris delitescebat , plurimas ab ipsis assertas propositiones condemnârunt , quas mox Romani Pontifices Alexand. VII. & Innoc. XI. rursùs solemnni decreto proscripterunt. Profectò nostro Venerabili Episcopo , qui magno erga Ecclesiam , atque animarum salutem zelo ardebat , non arridere non poterat , quòd ii detegerentur errores , quibus sana Ecclesiæ doctrina commaculabatur , & fidelium animæ perditionis periculo exponebantur. Adverte insuper Palafoxii verba à Censore allata : *Accepi, inquit, nonam Epistolam circa Theologo-*

*logiam moralem meorum benefactorum.* Viden' quod h̄c non agatur de Jansenio, vel Jansenistis, sed de Theologiâ morali? At subdit Censor: *hoc nomine* (meorum benefactorum) *ironicè percellit Jesuitas.* Immò potius ex corde ac sincerè loquutum arbitror S. Episcopum. Jure enim Jesuitas suos benefactores appellare poterat, quorum durissimas atque immanes persecutions sustinendo, invictæ patientiæ, constantiæ, & fortitudinis meritum ac laudem est consequutus: pari modo ac Martyres omnes tyrannos, à quibus divexati fuerunt, jure suos benefactores possunt appellare.

Quarto. Hoc idem ipsum testatur singulare studium, quo Lovaniensem Academiam prosequebatur; illam mirificè amabat, fovebat, omnique curâ adjuvabat. Ipsummet iterum audiamus: „Serenissimus Archidux Austriacus brevi futurus „est Belgii Gubernator. Cum Sua Sereniss. Celsitudo singulari „me benevolentia complectatur, libenter ad eum litteras com- „mendatitias Lovaniensis Universitatis gratiâ dabo. Rursus „eodem anno: Has ad Sereniss. Principem litteras mitto, in- „quit, in quibus Academiæ Lovaniensis mentionem facio; „illas, ubi legeris, obsignabis, & ad Sereniss. Principem „deferes, : Partem illius epistolæ ad hanc rem spectantem, h̄c juvat referre: „Spero Serenissime Princeps, te non ægræ „laturum hanc meam epistolam. Scio Serenissimam Celsitudi- „nem Vestram bonis studiis, atque artibus delectari, iisque „egregiè ornatam esse. Eâ spe, & cogitatione fretus hanc „mihi licentiam arrogo obsecrandi Serenissimam Celsitudi- „nem Vestram, ut Lovaniensem Universitatem de Rege no- „stro, deque Ecclesiâ optimè, ut norunt omnes, meritam, in- „fidem, tutelamque suam dignetur accipere; Jesuitæ suis il-

„Iam artibus, atque auctoritatem miserè vexarunt. „ Hæc est vetus, & consueta Novatorum lamentatio, & querimonia. Vexari se clamitant, & conqueruntur ab iis omnibus, qui protuendâ fide catholicâ, & pro servandâ Pontificiis Decretis debitâ reverentiâ, fortiter, & indesinenter pugnant. Ea erat, & non alia, quam à Jesuitis tunc temporis Lovaniensis Academia patiebatur vexatio. Res enim est notissima, quod tunc Lovaniensis Academia, quæ hic ab Illustrissimo Præsule de Ecclesiâ adversus Hæreticos egregiè meruisse prædicatur, acerrimè pro tuendâ Jansenii doctrinâ, quam Ecclesia proflingeret, non obstantibus Bullis Pontificiis decertabat; sed redeamus ad Illustrissimi Præsulis Epistolam. „Et æquum est, „Serenissime Princeps, ut tuus servetur honor Universitatibus, „suisque illæ, quæ sunt omnium scientiarum fontes, gaudient privilegiis; quodque agunt, & contendunt Patres isti, forte puro, & sincero, ut mihi persuadeo, zelo, ut „Ecclesia nullos alios habeat, præter ipsos, doctores, ratione non videtur consentaneum, neque credibile est, Ecclesia, ubi de doctrinâ agitur, eos solos pro Oraculis habere velit, præsertim cum id fieri non possit illæso alias Scholarum, Universitatum, & Religionum jure, quarum major, & antiquior, quam illorum Doctrinæ, & Sanctitatis æstimatio est. (D) „

Advertat benignus Lector, prædictum Textum non idem hic à nobis referri, ut Illustrissimum Præsulem vituperare videamur, quod ibi male ab eo Jesuitæ tractentur, illis invidiam conflare, in eosque Serenissimum Principem inflammare, & concitare omni studio conetur. Hic an bene, an male Illustrissimus Præsul Jesuitis voluerit, non queritur, non curamus, neque ad rem, de qua nunc agitur, ullo modo spectat: scopus, ac finis noster in hac citatione alius non est, quam ut aperte, & palam faciamus, quantum Illustrissimus Præsul Sectæ Jansenianæ partibus faveret, & adhæseret.

---

(D) Valgome tambien de esta ocasion para atreverme à suplicar á V. A. tome la proteccion . . . de la Universidad de Lovaina, donde son tan pantes los servicios que ha hecho á el Rey nuestro Señor, y á la Católica Iglesia contra los hereges. Los Padres Jesuitas le han tratado muy mal con sus mañas y buen nombre; pero es mas justo, Señor, que V. A. honre á esta Universidad, y le conserve sus Privilegios como á taller de todas las Ciencias; y esto que estos Padres pretenden, aunque puede ser hecho con buen zelo, como yo me persuado, no es conforme á razón, ni es . . . que en materia de doctrinas, no hable la Iglesia sino es por medio de ellos, principalmente, quando esto no sucede sin perjuicio de otras Escuelas, Universidades, y Religiones, donde el crédito es mas antiguo, y mas sentado que el suyo en doctrina y santidad: 6. Abril 1656.

ret. Eo enim ipso tempore , quo causam Academiæ Lovaniensis apud Serenissimum Belgii Gubernatorem acerrimè, enixèque suscipiebat , celebris illa Academia vim suam omnem operamque in Jansenii defensionem impendebat.

Academia Lovaniensis quantum exosam habuit Molinæ doctrinam , tantumdèm semper reverentiæ & venerationis erga Apostolicam Sedem exhibuit; & proinde jure , meritoque à Venerabili Episcopo fuit sempè in pretio habita , & in persecutionibus , contra illam à Jesuitis injustè excitatis , pro viribus adjuta. Non equidèm negârim , aliquos ex Lovaniensi Academiâ Theologos , eo potissimum tempore , quo de verâ supremi Ecclesiæ Pastoris mente adhuc ambigendi locum dari credebant , plus æquo Janseniano operi favisse. At quamvis Jesuitæ omnibus artibus adlaborârint , ut tota Academia ad Jansenianos defecisse crederetur (nempè qui Molinæ doctrinam , & Jesuitarum laxitates in re morali oderit , velit , nolit Jansenianus apud ipsos audiri debet); nihil tamen minus contra fas , & per summam injuriam eos ita egisse probavit primò Christianus Lupus , qui sub Alexandr. VII. Romam venit , ut se , suosque socios ab impactâ calumniâ defendere , & magnam pietatis ac doctrinæ famam

tum

tum apud Summum Pontificem, tum apud Eminentissimos Cardinales, aliosque celebriores in Urbe viros sibi acquisivit: probarunt deinde clarioribus monumentis Lovanienses Theologi, eorum causam agente Hennebello sub Innocentio Papa XII. san. memor. quorum innocentiam agnoscens Summus Pontifex, duo Brevia Academiæ favorabilia misit ad Episcopos Belgii, primum anno 1694. 6. Februarii, alterum ann. 1696. 24. Octobris. Nec tamen post Apostolicum Judicium Jesuitæ acquieverunt, (Ecquando Pontificum Romanorum Decretis sibi non faventibus ipsi acquieverunt?) sed aliquid novi moliri cæperunt. Hinc P. Palazolius nomine & jussu sui Generalis Tyrsi Gonzalez memoriale exhibuit Catholico Regi anno 1698. in quo Lovaniensium causam jam à Summo Pontifice discussam ac decisam, coram Regiis Ministris tractari optabat, ac petebat; Memoriale tamen damnatum ab Hispanicâ & Romanâ Inquisitione; memoriale pro Jesuitarum more mendaciis, & calumniis refertum, ut patet ex ejusdem refutatione per Belgas Theologos. Ex quibus satis elucet, nunquam totam Lovaniensem Academiam

Jan-

Jansenismi erroribus maculatam fuisse, & immerito Palafoxium ob amicitiam cum Lovaniensibus Jansenismi insimulari: elucet quoquè Jesuitas fuisse & esse (futuros quoquè dicerem, nisi ipsos non futuros sperarem) insignes impostores, & calumniatores.

Quòd verò nihil de Jesuitis se curare Censor dicat, advertat & ipse, quòd excusatio non petita, juxta commune proloquium, sit accusatio manifesta. Quin Censor multa verba faciat, omnes nōrunt, Jesuitas, hujus insulsæ scripturæ autores id unum toto studio & conatu quærere, ut Venerabilem Palafoxium, quem sibi vel potius suis criminibus, adversarium habuerunt in terris, ut viventem calumniati sunt, atque ardenti odio persequuti, ita nunc in cœlis regnante calumniari, & persequi non desinant, & omnibus, quibus possunt, modis sazagant, ne Sanctorum albo adscribatur. Nam cum omnes Jesuitarum inimici, ut sæpè diximus, Jansenistæ dici debeant; si PALAFOXIUS inter Sanctos referatur, unum ex his duobus verum sit oportet, scilicet, vel aliquem posse esse Jesuitarum inimicum, quin sit Janse-

nista ; vel aliquem esse posse Jansenistam similem & sanctum. Utrumque Jesuitae pati negantur : ac proinde cum PALAFOXIO necessariò debeat esse Jansenista , utpotè adversarius Jesuitarum , conantur illi ne inter Sanctos adscribatur. Hoc omnes nōrunt : hic finis unicus hujus scripturæ. Inutilis proinde allata excusatio.

Quæ hactenùs diximus Censoris conjecturas prorsùs enervant , sed adhuc tamen superest quòd ulteriùs inquiramus. Quæro à Censore , undè constet epistolas hasce , quarum fragmenta tertio , & quarto numero profert , reverà à PALAFOXIO conscriptas fuisse? Hic certè exultans , veluti de adeptâ victoriâ , Censor , testem proferet omni exceptione majorem , Antonium scilicet Arnaldum (\*), qui in Morali practicâ Jesuitarum ea retulit fragmenta. Arnaldi testimoniūm lubens excipio , de quo nulla subesse potest suspicio , quòd mentiri voluerit: qua propter quæcumque in suâ Morali practicâ

re-

---

C\*) *Auctoř Supplementi, de quo agemus in Appendice, pag. 21. ait Arnaldum testari à se visas esse litteras autographas. Planè pro suo more mentitur. Ait enim Arnald. tom. 4. *Moralis Præctica* part. 3. scđ. 1. art. 2. Quelques unes de ses lettres, qu'on a en original. Scilicet quedam ipsius epistolæ, que extant autographæ. Non ipse ergo viderat autographas epistolas, sed ex aliorum relatione eas existere dixit.*

refert, certissima & explorata teneo, nisi  
clarissimis probetur argumentis fuisse dece-  
ptus: homo enim erat Arnaldus, qui, licet  
fallere nescius, falli tamen poterat. Proin-  
dè rursus quero, undenam Arnaldus hæc  
epistolarum fragmenta nactus sit? Hic mys-  
terium latet: hic Jesuitarum artes eluces-  
cunt: hic eorum in calumniando incompa-  
rabilis calliditas aperitur. Ajo enim verò epi-  
stolas illas nunquam à PALAFOXIO conscrip-  
tas fuisse, qui nullâ unquam cum Lova-  
niensibus Theologis consuetudine junctus  
fuit; sed ea fragmenta à Jesuitis ex integro  
conficta, & sparsa tanquam genuinos Ve-  
nerabilis Episcopi fœtus, & ab Arnaldo, qui  
bonâ fide ea authentica creditit, in suam  
Moralem practicam traducta. At quibusnam,  
inquieris, argumentis hoc præclarum asser-  
tum firmabis? Pluribus sanè, quæ paucis  
exponam. Primo, nullum ex hisce fragmen-  
tis, vel epistolis enunciatum, vel saltēm in-  
dicatum fuit in processibus, primo auctori-  
tate ordinariâ, deinde Apostolicâ confectis,  
tum Angelopoli, tum Oxomæ. Secundo, P.  
de Rosende exactissimus vitæ Servi Dei Scrip-  
tor, qui ideò ejus omnes chartas, episto-

las, & Scripturas attentâ manu volutavit, earum nunquam meminit epistolarum, licet plura contineant ad ejusdem gesta substantialiter pertinentia. Tertio, nulla ex hisce epistolis inventa fuit inter Venerabilis Episcopi chartas, licet diligentissimâ inquisitione, hisce postremis temporibus, omnes revolutæ fuerint; quamvis aliarum minoris etiam momenti epistolarum reperta fuerint vel autographa, vel exempla, vel adumbrationes. Quartò, cum istæ epistolæ ad Theologum Lovaniensem Gillemans missæ perhibeantur, novæ inquisitiones tūm juridicæ, cum extrajudiciales, majori quâ potuit solertiâ, peractæ sunt Lovaniî, nec indicium quidem ullum haberi potuit de epistolis à PALAFOXIO illuc directis. Quintò tandem, qui hæc fragmenta legerit, statim dignoscet ea PALAFOXII non esse, cuius omnes epistolæ purissimum atque elegantem referunt Castellatum sermonem; cum è contrâ horum fragmentorum inventor Hispanicam linguam incomptè prorsùs loquatur. Aliquis ergo Italus Jesuita, imperitus quidem Hispanici sermonis, sed calumniandi arte peritissimus, ea fragmenta confixit,

& ut in Arnaldi manus pervenirent curavit: securus, quod in Moralem practicam statim inferrentur. Hinc duplex sibi lucrum augurabantur Jesuitæ; & quod contra P<sub>A</sub>-LAFOXIUM facile possent Jansenianismi invidiā creare; & quod publicos catholico-rum clamores, qui eo tempore undique contra eorum relaxatam moralem elevabantur, præsertim ab Academiâ Lovaniensi, quæ ideo Christianum Lupum Romam rursus misit, ut pro Jesuitarum laxitatum damnatione apud Innocent. XI. instaret, ipsi liberiū possent Jansenianorum factio-ni imputare. Sed nihil est opertum, quod non revelabitur; & occultum, quod non scietur. Mat-thæi 10.

Quintò. Verum omissis, si quis voluerit, quæ hactenùs dicta sunt, in hac ultimâ observatione placet immorari. Hanc Illustrissimi Præsulis cum primoribus Jansenii Discipulis conjunctionem, concordiam, & quasi societatem, nihil planius, cumulatiusque probat, quam ipsa doctrinæ consensio. Libellum Guillelmi le Roi adoptavit, & cum illâ adoptio-ne Jansenii principia, Dogmataque penitus combiberat, ea-que in suis operibus, & præsertim in illâ epistolâ Pastora-li, de quâ hic agimus, uti in tripartitâ nostrâ collatione planum faciemus, effudit.

De opere Guillelmi le Roi jam suprà disseruimus, nec ex ipso aliquod nostro Ve-

nerabili Episcopo præjudicium potest inferri , cùm constet Apostolico Judicio opus Guillelmi proscriptum , & Palafoxii doctrinam approbatam. Hinc manifestè corruit unicum fundamentum , cui hæc calumniosa scriptura innititur.

Sextò. Hic itaque , ut facilius tripartita nostra Collatio intelligatur , Doctrinæque Illustrissimi Episcopi D. JOANNIS DE PALAFOX concordia , consensusque cum Doctrinâ Jansenii , & sequacium ejus apertius innotescat , operæ pretium duximus subtexere , ut paulò superiùs promisimus , præcipua Jansenii dogmata circa humanam libertatem , & Dei gratiam , quæ principia præ oculis sempè habere eos necesse est , qui hanc Synopsim lecturi sunt. Ex hoc enim fonte omnem suam Doctrinam in suâ Pastorali Epistolâ , duce , ac magistro Libello Gallico Guillelmi le Roi , Illustrissimum Præsulem hausisse , cuilibet verè Catholico vel minimum at-tendentî patebit.

Videbimus & nos quām inanitè Cen-sor aërem verberet , dūm in Pastorali Ve-nerabilis Episcopi damnatos ab Ecclesiâ er-rores nititur reperire.

Septimò. Totum igitùr Jansenii systema de libertate , & gratiâ quinque præcipuis Articulis comprehendimus , atque sequentem Collationem totidem distinctam capitibus , & articulis referemus. Quisquis , hac lectâ Collatione , & simplicissimâ expositione , à quâ omnem contentionem , disputationemque removimus , consultò Illustrissimum Præsulem Jansenii systemate omnino imbutum fuisse negaverit , aut ingenuè fateri noluerit , ille vel in luce meridianâ cœcutire dicendus est , vel de suâ Jansenii partibus adhæsione legitimum suspicandi locum dabit.

Per-

Pergit deinde Censor, & totum Jansenii (ut ipse inquit) systema quinque propositionibus comprehendit, quas omnes à PALAFOXIO assertas probare contendit. Sed antequam ulterius procedam, adverto, quod secunda Censoris propositio sit, quod post peccatum homo nihil boni agere possit sine gratia. Inter famosas quinque damnatas propositiones, quae Jansenianæ dicuntur, prefatam propositionem non reperio. Quare ergo ab adversario tam rotundè dicitur, hunc fuisse Jansenii errorem? Error est ergo cusus in officinâ Jesuitarum. Vel etiam, si placet, est dictum Jansenianum, quia quidquid doctrinæ Jesuitarum adversatur, sit Jansenianum oportet.

Ut verò probet Censor PALAFOXIUM quinque damnatis erroribus inhærere, refert ejusdem verba ex epistola Pastorali, eaque comparat cum verbis Jansenii, & Guillelmi le Roi, quibuscum adamassim ea convenire nititur ostendere. Affert etiam aliquos Ecclesiæ canones, & quædam scripturarum, vel SS. Doct. Augustini dicta, à quibus eadem dissentire contendit. Nos parum curamus quid Jansenius dixerit, vel quo sensu allat-

allata à Censore verba protulerit. Minùs etiam curamus quid senserit Guillelmus le Roi : nàm cum ipsius opus proscriptum sit, & PALAFOXII è contrà epistola approbata, firmum , fixumque esse debet, opus Guillermo le Roi minimè fuisse pro eâ parte damnatum , in quâ cum Pastorali PALAFOXIANA concordat. Multa siquidem in Calvini , Lutheri , aliorumque hæreticorum libris reperiuntur sacris Scripturis , & Ecclesiæ doctrinæ consona , & tamen eorum libri jure sunt proscripti : nemo tamen dixerit eos pro eâ parte , quæ veritati consonat, fuisse damnos. Nos itaque in præsenti PALAFOXII apologiâ id solum brevitè demonstrare conabimur, ejusdem dicta consona omnino esse Doctrinæ Ecclesiæ à Conciliis, & ab Augustino nobis expositæ ; & ex consequenti Censoris opus mendaciis , calumniis , & erroribus à capite ad calcem totum esse refertum.

## JANSENII SYSTEMA DE LIBERTATE, ET GRATIA.

*Cap. I.* **P**ER peccatum primi hominis extinctum est , & amissum liberum arbitrium , sive amissa est indifferentia activa ad utrumque oppositum.

*Cap.*

*Cap. II. Per peccatum primi hominis voluntas humana facta est impotens, atque incapax ullius omnino boni cuiuscumque generis, etiam moralis, sine gratia Dei.*

*Cap. III.* Per peccatum primi hominis inducta est, & constituta servitus peccandi, seu voluntas humana, dominante cupiditate, necessariò, & irresistibiliè servit peccato, hoc est necessariò peccat in omnibus suis actionibus.

*Cap. IV. Absortā , & extinctā per gratiam cupiditate , seu dominante gratiā , voluntas humana necessariō , & irresistibili-  
ter servit gratiā.*

*Cap. V. Sine impietate dici non potest, quod in negotio salutis, hominis arbitrium, Deo vocanti, & excitanti cooperetur.*

Hæc sunt præcipua Jansenii Dogmata circa humanæ voluntatis libertatem, & circa gratiam, non arbitrariâ, aut imaginariâ nostrâ suppositione fabricata, sed ex ipsomet Jansenii Augustino, quâ fide potuimus maximâ, excerpta, & de prompta. Hæc eadem ea ipsa sunt Dogmata, ex quibus Illustrissimum Præsulem Pastoralem suam Epistolam concinasse, & contexuisse sequens Synopsis demonstrabit.

In exscribendis Illustrissimi Præsulis Propositionibus potuissemus Textum Hispanicum omittere; noluimus tamen, immò necessarium duximus Textum originalem præmittere, idque eo consilio fecimus, ut qui Linguam Hispanicam calleat, facta versionis nostræ latinæ cum Textu originali collatione, non solùm omnem infidelitatis suspicionem depellat, sed accuratam potius scrupulosamque diligentiam nostram, & fidem attestetur.

## TRIPARTITA DOCTRIN. COLLATIO

ECCLESÆ, VEN. PALAFOX, JANSENII.

## CAPUT PRIMUM.

*De extinto & amissso per peccatum primi Hominis Libero arbitrio.*

DOCT. ECCLES. DOCTR. VEN. DOCT. JANSEN.  
PALAFOX.

Si quis liberum  
Hominis arbitrium  
post Adæ peccatum  
amissum, & extin-  
ctum esse dixerit,  
anathema sit. *Conc.*  
*Trid. Sess. VI. can. 5.*

Con todos los avi-  
sos de la razon, y  
sabiduría humana,  
no puedo hacer sin  
vuestra gracia sino  
diligencias inutiles,  
socorros fragiles,  
para conseguir la  
libertad perdida.  
*Cap. 2. pag. 4.*

*Liber Gallicus*  
*Guillelmi de Roi.*  
Je ne puis faire,  
par tout le Secours  
de la raison & de la  
Sagesse humaine que  
des efforts inutiles  
pour ma guerison  
& ma delivrance.

*Hoc est.*

Cum omnibus ra-  
tionis, & humanæ  
sapientiæ monitis  
non possum sine  
gratiâ tuâ nisi va-  
nam, & fragilem  
operam collocare in  
recuperandâ liber-  
tate perditâ.

Gime la razon... y  
llora por la liber-  
tad perdida. *Cap.*  
*15. pag. 31. 32.*

*Jansenius.*  
Peccati merito  
amissa libertas: *Lib.*  
*z. de Gratia sal. p. 3.*

*YST*

Quis

Hoc

Subla-

DOCT. ECCLES.

DOCTR. VEN.

DOCT. JANSEN.

PALAFOX.

*Hoc est.*

Ingemiscit ratio,  
& plangit propter  
amissam liberta-  
tem.

Quis autem no-  
strum dicat, quòd  
primi Hominis pec-  
cato perierit libe-  
rum arbitrium de  
humano Genere? Li-  
bertas quidèm pe-  
riit per peccatum,  
sed illa, quæ in Pa-  
radiso fuit habendi  
plenam cum im-  
mortalitate justi-  
tiam. Aug. lib. 1. ad  
Bonifacium cap. 2.

Fuerza es, Señor,  
aunque pese á mi  
soberbia, ... fuerza  
es, que conozca, y  
confiese, que esta  
masa condenada de  
nuestra naturaleza  
desde la primera  
culpa: esta alma  
racional criada en  
gracia, y por su  
caida enflaquecida,  
y perdida, solo á  
vos debe su gracia,  
y su libertad. Cap.  
20. pag. 44.

Sublatâ funditùs  
indifferentiâ ad bo-  
num & malum. Lib.  
3. de Statu Nat. lapa-  
sæ, cap. 1.

*Hoc est.*

Cogor Domine,  
vel invitâ mēa su-  
perbiâ, agnoscere  
& confiteri massam  
hanc naturæ nostræ  
damnata post pri-  
mum peccatum, ani-  
mam hanc rationa-  
lem creatam in gra-  
tiâ, & lapsu suo in-  
debilitatam & per-  
ditam tibi soli suam  
gratiam & liberta-  
tem debere.

Sé

G. Do-

Sé muy bien, que el moyernos, . . . es restituírnos á la libertad perdida. *cap. 23. p. 51.*

*Hoc est.*  
Apprimè scio quòd movere nos, nihil aliud sit, quàm nos restituere in libertatem amissam.

Esa piedad infinita me restituya á mi propria y verdadera libertad.  
*Cap. 2. pag. 5.*

*Hoc est.*

Infinita illa misericordia me restituat meæ propriæ, & verae libertati.

No puede... ( mi fragilidad ) . . . sin vos hallar su perdida libertad. *Cap. 35. p. 86.*

*Hoc est.*

Non potest mea fragilitas sine te amissam suam libertatem invenire,

Veis

Di-

Docet Augustinus Arbitrium non esse amplius liberum, ut velit, & faciat bonum, sed libertatem ejus ex ruinâ periisse. *Lib. 3. de Stat. nat. lap. cap. 5. \**

*Libellus Gallicus.*

Vous Seul pouvez lui donner (á ma volonté) une véritable liberté. §. 10.

Il faut que votre grace toute lumineuse & toute puissante me retablisse dans la liberté. §. II.

\* NOTA. Solet Jansenius errores suos S. Augustino affingere. Hinc S. Doctorum calumnias non tam intolerabili, quam inveteratissimis fere semper loquacem, ac docentem inducit: quod semel Lettorum monuisse oportuit.

DOCT. ECCLES.

DOCTR. VEN.

PALAFOX.

Liberum arbitrium,  
& ad bonum, & ad  
malum faciendum  
confitendum est nos  
habere. Aug. lib. de  
Correp. & Grat. c. 1.

Veis aquí el barro  
(mi alvedrio) for-  
mado de vuestras  
manos, deshecho, y  
despedazado por las  
mias : reparadlo ,  
c. 19. p. 43.

Veis aquí el hom-  
bre lleno de heri-  
das: curadlo. Veis  
aquí el hombre di-  
funto: resucitadlo.  
Cap. 19. pag. 43.

DOCT. JANSEN.

*Jansenius.*

Dixit Augustinus  
non manere am-  
plius libertatem ,  
amissum esse libe-  
rum arbitrium. Lib.  
3. de Stat. nat. lap.  
cap. 6.

Ex Sanctissimi Do-  
ctoris lucubrationi-  
bus demonstravim-  
us... perisse sci-  
licet libertatem.  
*Ibid. cap. 14.*

*Hoc est.*

Vides hic vas  
(meum arbitrium)  
tuis formatum ma-  
nibus, meis destru-  
ctum & confractum;  
illud renova.

Hic vides hominem  
opertum plagis, sa-  
na illum.

Hic vides homi-  
nem defunctum; il-  
lum resuscita.

*Libellus Gallicus.*

Vous seul pouvez  
lui donner ( a ma  
volonté) une veritable  
liberté en exerçant sur elle votre  
puissance Souveraine & infinie de  
createur & de Re-  
dempteur ; c'est un  
vase brisé qui n'est  
plus que de la pous-  
sier que je mets en-  
tre vos mains... Re-  
parateur tout puis-  
sant , renouvez donc ce Vaisseau si  
fragile & si peris-  
sable. §. X.

Contendit iniquus Censor in hoc capite  
primo , Venerabilem Episcopum omnino  
sustulisse liberum hominis arbitrium , atque  
illud per peccatum amissum , vel extinctum

prædicâsse. Sed fallitur omnino , vel fallere  
eupit incautos.

Haud hîc ea repetam PALAFOXII dicta,  
in quibus , ut jam probavi , clarissimis ver-  
bis liberum statuit voluntatis arbitrium , &  
plenam ad malum , & ad bonum indifferen-  
tiam ; sed textibus tantùm utar à Censore  
allegatis , ut suomet ore convictus , fateatur  
tandem , se insignem calumniatorem esse.

Hæc Pastoralis epistola continet eximiam  
ad Deum precationem , quam Venerabilis  
Episcopus suis subditis proponit tanquam  
optimam benè precandi normam. Orans ita-  
que ipse Deum , ait , se sine ipsius gratiâ  
recuperare non posse perditam libertatem : petit  
restitui in libertatem amissam , in libertatem  
veram , quam dicit non posse acquiri à pro-  
priâ fragilitate , sed expectari à gratiâ Dei.  
Addit suum arbitrium esse vas confractum ,  
& Deum rogat ut sanetur : se esse mortuum ,  
& rogat ut vivificetur. Hæc sunt PALAFOXII  
verba allata à Censore per totum caput pri-  
mum , ex quibus ipse infert S. Episcopum  
negasse liberum hominis arbitrium.

Ut verò pateat infamis Censoris calum-  
nia , legatur Augustinus ab ipso Censore alla-

tus , qui ait : „Libertas quidèm periiit per  
 „peccatum , sed illa quæ in Paradiso fuit  
 „habendi plenam cum immortalitate justi-  
 „tiam ; lib. 1. ad Bonif. cap. 2. Idem in Enchir.  
 „cap. 30. Libero arbitrio malè utens homo,  
 „se perdidit , & ipsum. Idem rursùs in Epist.  
 „ad Vitalem : Liberum arbitrium ad diligen-  
 „dum Deum primi peccati granditate perdi-  
 „dimus. „ Ex his , pluribusque aliis consi-  
 milibus textibus patet quòd Augustinus &  
 admittat in homine lapsō libertatem , & ne-  
 get. Scilicet , admittit libertatem ; quia homo  
 post lapsū nullā necessitate urgetur in ma-  
 lum : negat verò libertatem illam , quam  
 habuit Adam in Paradiso ; quia homo post  
 peccatum , etsi liber sit ad faciendum malum ,  
 non tamen liber est sine gratiâ ad faciendum  
 bonum. Audi rursùs Augustinum contra duas  
 Epist. Pelag. lib. 3. cap. 24. „Liberum arbi-  
 trium captivatum non nisi ad peccandum  
 valet ; ad justitiam verò nisi divinitùs libe-  
 ratum , adjutumque non valet. Oper. imper.  
 „lib. 3. num. 12. Nemo nisi per gratiam Chri-  
 sti , ad bonum , quod vult , agendum , &  
 „ad malum , quod odit , non agendum , po-  
 test habere liberum voluntatis arbitrium. „

Nihil autem, ut plurima, brevitati consulens, omittam, frequentius est in Augustino, quam hominem innocentem habuisse plenam, atque integrum benè agendi libertatem; nunc verò talem libertatem amissam esse per peccatum, reparari tamen per gratiam.

Hæc ab Apostolo didicerat Augustinus, asserente nostrum arbitrium adeò ad bonum sine gratiâ non valere, ut nec cogitare possumus ex nobis aliquid boni, nec Sanctum Jesu nomen invocare. „Non quod sufficienes simus congitare aliquid à nobis, quasi „ex nobis. 2. ad Cor. 3. 5. Nemo potest dicere Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto. „1. ad Corinth. 12. 3. „ Didicerat etiam hæc Augustinus ab ipso veritatis Magistro Salvatore nostro, qui nos docuit, nostrum liberum arbitrium nihil boni posse sine gratiâ, & nos veram ad benè agendum sine gratiâ libertatem non habere. „Sine me, inquit, nihil potestis facere. Joann. 15. 5. Si ergò vos filius liberaverit, verè liberi eritis. Joann. 3. 8. 36.

Scripturarum igitur atque Augustini Doctrinæ innixus Venerabilis noster Episcopus,

humilitè Deum rogat, ut se per suam gratiam in priorem libertatem, amissam & desperitam per peccatum, restituat. Non negat quidèm se libertatem habere, sed humilitè agnoscit, ex suâ libertate se non posse nisi malum agere: rogat proinde ut eam assequatur libertatem, quâ opera bona, & ad salutem conducentia agere possit. Nunquid dicet Censor hujusmodi opera patrari posse sine gratiâ, plenamque ad ea agenda nos habere ex nobis libertatem? Apage Pelagianorum blasphemias! Si itaque libertas benè agendi post peccatum amissa est, nec reparari potest sine gratiâ, jure hanc gratiam Palafoxius deprecatur, quæ illi amissam reddat benè agendi facultatem.

Ait arbitrium suum esse *vas confractum*. Confractum quidèm, non omnino amissum & desperitum: confractum sanè, quia nulli bono agendo sine gratiâ est aptum, & ideo rogat ut per gratiam renovetur. Augustinus ipse hominem post peccatum vocat *vas fractum*. „*Serm. de verb. Dom. 128.* Cecidisti, „fractus es: quomodo vas, quandò de manu „hominis cadit in terram, fractus es, &c. „Ait se esse vulneratum. Nunquid non est ho-

homo per peccatum vulneratus? Quis id negat, nisi Pelagianus? Ait se esse mortuum; & revera mortuus est homo per peccatum. *Nomen habes quod vivas, & mortuus es. Apoc. cap. 3. 1.* Profecto iniquus iste Censor, cui tales displicent loquendi modi, videtur ne legisse quidem scripturas, ac Sanctos Patres, pro Jesuitarum more, quibus pro omnibus sacris libris sunt suae Societatis auctores, quamvis proscripti ac damnati. Alioquin reperisset in Scripturis, juxta Patrum expositionem, homines post peccatum comparatos nunc ligno vitis, quod ignis consumpsit, atque in cineres reduxit; nunc homini descendenti ab Jerusalem in Jericho, & a latronibus expoliato, ac vulneribus confosso; nunc cæco illi a nativitate, quem Dominus illuminavit; nunc illis mortuis, quos Dominus in Evangelio suscitavit, &c. Si hæc insulsissimus Censor vel novisset, vel advertisset, & simùl nollet innoxium gratis calumniari, nunquam Palafoxii dicta carpsisset.

At quisque nunc videat perversi Censoris malitiam, qui ut fucum faciat imperitis, ab initio apponit *Can. 5. sextæ Session. Concil. Trident.* in quo anathema intorquetur contra

tra négantes liberum hominis arbitrium : hinc persuadere iis prætendit , qui , non inquam Theologiam , sed nec rudimenta fidei didicèrent , Venerabilem nostrum Episcopum à Concilii Tridentini doctrinâ dissidere. Sed qui Theologicam facultatem vel à limine salutârunt , aliud in Censoris dictis cernere non valent , nisi vel ipsius inscitiam , vel malignitatem , & fortassè utramque. Canon allatus Concil. Tridentin. anathema dicit contra ejus temporis hæreticos , qui liberum arbitrium adeò deperditum & extinctum affirmabant , ut hominem dicerent sine gratiâ necessariò malum agere , & cum gratiâ necessariò bonum patrare. Immò talibus se phrasibus exprimebant , ut viderentur asserere , hominem non agere , sed agi , & cogi , & rapi vel invitum ad malum , vel bonum. Palafoxius è contrà sèpè in suâ Pastorali liberum commendat arbitrium ; sed sèpè etiam , & meritò , ait , liberum arbitrium non valere ad bonum sine gratiâ , & à gratiâ adjutum bonum posse agere. Ita ut per Palafoxium , juxta Scripturarum , & Sancti Augustini doctrinam , homo sine gratiâ liber est , sed hac suâ libertate non utitur nisi ad male agendum.

dum. Per gratiam verò restituitur in *veram* libertatem , quā possit etiam bonum agere. Hinc Venerabilis Episcopus , juxta verba à Censore allata , petit restitui in *veram* libertatem : illam scilicet , de quā loquebatur Christus , dicens: *Si ergo vos Filius liberaverit, verè liberi eritis.* Quid igitur Palafoxio cum hæreticis , à quibus tantum distat , quantum sana doctrina ab heresi , quantum veritas à calumniâ Censoris ?



## CAPUT II.

*De impotentia absoluta voluntatis humanae ad omne omnino bonum cuiusque generis etiam merè moralis sine Gratia Dei.*

DOCT. ECCLES.

Si quis dixerit,  
opera omnia , quæ  
ante justificationem  
fiant, quacunque ra-  
tione facta sint, ve-  
rè esse peccata, ana-  
thema sit. *Conc. Trid.*  
*Sess. 6. Can. 7.*

Sacra Scriptura  
sæpè laudat , &  
commendat actiones  
Ethnicorum merè  
naturales , & ex  
motivo merè natu-  
rali factas. *Exod. xi.  
vers. 5. Rom. 2. v.  
14. 15. Machab. lib.  
1. cap. 7. v. 2. ubi.*  
Auctor Sacer Ro-  
manorum fortitudi-  
nem, prudentiam,  
æquitatem, patien-  
tiā &c. virtutes  
bonas appellat.

Feramus eos... qui  
vitiis impunitis vo-  
lunt stare Rempub.  
quam primi Roma-  
ni constituerunt, au-

xe-

DOCTR. VEN.  
PALAFOX.

Por mi mismo,  
Señor, y Salvador  
mío , y sin vos , ni  
sé , ni puedo , ni  
valgo buscar , ni  
desear , ni estimar ,  
obrar , y seguir , si-  
no mi propia mi-  
seria , y ceguedad ,  
abrazar mis daños ,  
amar mis errores ,  
estimar mis desva-  
rios y miserias , y  
hacer estrecha amis-  
tad con mi cautive-  
rio: no puedo cami-  
nar por mí mismo ,  
y sin vos :: : sino á  
despeñarme. No  
puedo dár paso que  
no sea á precipitar-  
me : no puedo de-  
fenderme sino hi-  
riéndome. No pue-  
do pelear , sino ma-  
tandome : no puedo  
trabajar sin vos por  
mi mismo , sino para  
destruirme. *c. i. p. 3.*

DOCT. JANSEN.  
*Libellus Gallicus.*

Je ne puis par  
moi même ni cher-  
cher , ni désirer , ni  
estimer autres cho-  
ses que ma misere &  
mon aveuglement ,  
que mes maladies  
& que ma captivi-  
té. Je ne puis mar-  
cher par moi même  
qu'en m'égarent &  
qu'en me blessant.  
Je ne puis travailler  
par moi même que  
pour me perdre &  
pour me détruire...

Je ne suis capable  
par ces vains efforts  
que d' augmenter  
ma lanqueur & ma  
servitude , au lieu  
de me delivrer &  
de me guerir , §. 1.

Hoc

Hz

Ba-

xeruntque virtutibus, & si non habentes veram pietatem erga Deum verum . . . . . custodientes tamen quamdam suis generis probitatem quæ &c.

Deus enim ostendit in opulentissimo, & præclaro imperio quantum valerent civiles etiam sine verâ Religione virtutes. Aug. Ep. 5. ad Marcel. cap. 28. Vid. Epist. 99. Evodo 130... Circensibus.

Infideles quidem gratiâ carent; remanet tamen in eis aliquid bonum naturæ, undè manifestum est, quòd non possunt operari bona, quæ sunt ex gratiâ, scilicet opera meritoria: tamen bona opera, ad quæ sufficit bonum naturæ, aliqualiter operari possunt. Unde non oportet, quòd in omni suo opere peccent... Infidelis potest aliquem Actum bonum facere in eo, quod non refert ad

fi-

*Hoc est.**Bajus.*

A me ipso Domine, & Salvator mihi, & sine te, nec scio, nec possum, nec valeo aliud querere, desiderare, estimare, quâm meam propriam miseriam & cœcitatatem; aliud amplecti, quâm meam perniciem; aliud amare, quâm meos errores; aliud estimare quâm meas aberrationes, & miserias, quâm arctam amicitiam conglutinare cum mea captivitate. A me ipso & sine te non possum ambulare, nisi ad me præcipitandum, ne vel unum passum facere, qui non me præcipitem agat. Non possum me ipsum defendere, quin me ipsum vulnerem: Non possum pugnare, quin me ipsum interficiam. A me ipso, & sine te non possum laborare, nisi ad me destruendum.

Omnia infidelium opera & Philosophorum virtutes sunt vitia, §. 25. Liberum arbitrium sine gratiâ Dei adjutorio, nonnisi ad peccandum valet, §. 27.

*Jansenius.*

Observandum opus seu motum voluntatis esse non posse etiam moraliter bonum nisi ipsa operis justitia, seu rectitudo diligatur. Jam verò impossibile est, ut ipsa justitia diligatur sine gratia Dei. Lib. 1. de Grat. Sal. cap. 4. Docuit enim (Aug.) non tantum non esse liberum arbitrium nostrum, hoc est, non habere in suâ potestate facere opera moraliter bona, ita videlicet, ut non solùm non habeat potestatem, quâ universam justitiae moralis legem impleat, sed ne illam, quæ vel unum

Co-

DOCT. ECCLES.

DOCTR. VEN.  
PALAFOX.

DOCT. JANSEN.

finem infidelitatis.  
*S. Thom. 2.2. quest. 10. art. 4.*

Si quis Judæus, vel  
malus Christianus  
necessitatem proximi  
relevaverit naturali  
pietate ductus  
bonum fecit. *Mag.*  
*Sent. dist. 41. lib. 2.*

*ad leg. ad alios sub  
anno dicitur nullum*

unum opus morali-  
tèr bonum opere-  
tur. *Lib. 3. de Statu  
nat. Lap. cap. 14.*

Nimirum volvit se  
ipsum in vinculo  
suo, & dum nititur  
surgere, in vulnus  
vulnera surgit. *Ibid.*  
*cap. 2.*

*Quesnellus.*

Quid aliud rema-  
net animæ, quæ  
Deum, atque ipsius  
gratiam amisit, ni-  
si peccatum, & pec-  
cati consecutiones,  
hoc est, generalis  
impotentia ad ora-  
tionem, & ad om-  
ne opus bonum?  
*Prop. 1.*

Liber nisi ad ma-  
lum nisi gratiâ li-  
beratoris. *Prop. 38.*  
*vid. prop. 39. 40. 42.*  
*48. 49. 59.*

*Libellus Gallicus.*

Deus ab initio con-  
stituit hominem, &  
reliquit illum in  
manu consilii sui...  
apposui tibi aquam  
& ignem, ad quod  
volueris, porrige  
manum tuam... An-  
te hominem vita, &  
mors,

Conozco que  
siempre que yo juz-  
gué que era fuerte,  
fui flaquisimo. Co-  
nozco que quando  
pensé que era cons-  
tante, y que podía  
librarme de los pe-  
ligros y vicios, fui  
la

J'eprouve en tou-  
tes rencontres que  
je ne dois attendre  
de moi que de la  
fragilité, que de l'  
inconstance, que de la  
vanité, que des  
chuttes, que de la  
corruption, que des  
de-

mors , bonum &  
malum , quod pla-  
cuerit ei , dabitur  
ei . Nemini manda-  
vit impiè agere . Ec.  
xv . vers . 17. 21.  
Item Josue xxiv . vers.  
14. Et 15.

la misma inconstan-  
cia y vanidad . Caí  
en ellos llevado de  
mis pasiones , ven-  
cido del enemigo .  
Conozco que no hay  
en mi sino caídas ,  
corrupcion , una du-  
reza á lo bueno , una  
propension intole-  
rable á lo malo . No  
tengo en mi , sino  
un manantial ina-  
gotable de perni-  
ciosos deseos , una  
raiz corrompida y  
y ponzoñosa , que  
de suyo , y sin vos ,  
o gran Dios mio !  
no puede producir ,  
sino frutos de mal-  
dicion , y de muer-  
te . C. 40 . p. 94. 95.

desordres , que de P  
Endurcissement , que  
de l'impuissance . Je  
n'ay en moy qu'une  
source inépuisable  
de mauvais desirs ,  
qu'une racine cor-  
rompuë & empoi-  
sonnée qui ne sau-  
reit produire que  
des fruits de male-  
dition & de mort .  
§. 1.

*Hoc est.*

*Fantenus.*

Cognosco , quòd  
quoties judicavi me  
fortem esse , fui de-  
bilissimus , quòd  
quandò credidi me  
esse constantem , &  
in meā potestate  
esse , liberare me à  
periculis , & vitiis ,  
fui ipsamet incons-  
tantia , & vanitas :  
Cecidi in illa meis  
abreuptus cupiditati-  
bus , & viētus ab  
inimico . Cognosco  
ni-

Docet enim Augu-  
stinus frequentè id ,  
quod sine apertâ  
impietate negari ne-  
quit , postquam hu-  
mana natura in pec-  
cati infirmitatem  
præcipitata est , jam  
nihil omnino in ho-  
mene boni esse , nec  
nutrum quidem vol-  
luntatis , aut stu-  
dium aut conatum ,  
nisi homini detur  
non solùm illud fa-  
ce-

DOCT. ECCLES. DOCTR. VEN.

PALAFON.

nihil aliud esse in me, quām lapsum, & corruptionem, quām duritatem ad bonum, propensionem intolerabilem ad malum. Nihil habeo in me, præter scaturiginem in-exhaustam perniciösorum desideriorum, præter radicem corruptam, & venenosam, quæ ex se ipsa, & sine te non potest producere, nisi fructus maledictionis, & mortis.

Veo, Dios y Señor mio, que quando tengo mi voluntad en mi mano, se halla en mano de mis antojos. *Cap. 24. pag. 53.*

*Hoc est.*

JANSENII.

cere posse si velit, sed & hoc ipsum, & quidquid boni ab ipso, vel in ipso fit, gratiâ largiente detur. *Lib. 2. de Grat. Christ. Salvat. cap. 23.*

Video, Deus, & Dominus meus, quod quandō teneo voluntatem meam in manu mea, stat in manu mearum cupiditatum.

J'eprouve en toutes occurrences que mes pensées & mes volontés ne sont point en mon pouvoir. §. 11.

*Jansenius.*

Ex quo præcipuum est vitium voluntatis, quod præter pec-

*Yo*

peccati culpam peccando contraxit, in eo situm esse, quod post desertum Creatoris amorem rei creatæ dilectione coecatā, undique pervasa, ac penetrata est; ita ut amissā illā utriusque partis indifferentiā, jam amplius benè velle non possit coecitate, & concupiscentiā, quibus obstricta jacet, eam assiduè deorsim deprimentibus. Lib. 2. de Grat. Christ. Salv. part. 3.

## Quesnellus.

Yo, Señor mío, había de pensar, que de mí, y sin vos, puede proceder cosa, que no sea miseria y corrupción?  
Cap. 52. pag. 120.

Hoc est.

Ita ne, Domine mi,  
ego credere possim,  
quod à me sine te  
aliquid fieri possit,  
quod non sit miseria  
& corruptio?

Sola gratia Christi reddidit hominem aptum ad Sacrum fidei; sine hac nihil nisi impuritas, nihil nisi indignitas. Prop. 42.

Jesu Christi gratia principium efficax boni cujuscumque generis: necessaria est ad omne opus bonum, absque illā non solū nihil fit, sed nec fieri potest. Prop. 2.

Altera calumnia ab iniquo Censore Palafoxio impacta, versatur circa impotentiam, quam, ipse ait, à Ven. Episcopo in homine sine gratiâ recognosci ad omne opus bonum, cuiuscumque generis, etiam merè morale. Hoc ut probet, indè argumenta deducit, quòd sàpè in suâ ad Deum precatione protestetur, atque humilitè fateatur, se sine Dei gratiâ nihil scire, nihil valere, nihil posse, nec aptum esse nisi ad malum agendum, atque ad propriam perniciem sibi procurandam.

Verùm si ideò Palafoxius Jansenista est, quia sic loquitur, longè ante illum Jansenistæ fuerunt Patres Concilii Arausicanii II. cui Summi Pontificis, & totius Ecclesiæ approbatio infallibilis auctoritatis robur adjecit; ij siquidèm asserunt Can. 9. *Divini muneris est, cùm rectè cogitamus, & pedes nostros à falsitate & injustitiâ retinemus.* Can. 20. *Nulla facit homo bona, quæ non Deus præstat, ut faciat homo.* Et Can. 22. *Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum.* Rursùs ante Concil. Arausicanum Jansenista fuit Augustinus, dicens lib. de Spirit. & litt. cap. 3. *Neque liberum arbitrium quidquam nisi ad peccandum valet, si lateat via veritatis..... ut autem non lateat Dei gr-*

*tia est, ut delectet Dei gratia est; lib. 1. ad Bonif. cap. 14. Nemo bene illo (libero arbitrio) uti potest, nisi per gratiam.* Serm. 3. de Verb. Ap. c. 11. *Prorsus si defuerit gratia, nihil boni agere poterit: agit quidem, illo non adjuvante, liberâ voluntate, sed malâ.* Et ut plura omittam, Tract. 5. in Joann. *Nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum.* Adhuc autem, & ante Augustinum Jansenista fuit Paulus ad Cor. 2. 13. 5. scribens: *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis.* Immò & Christus ipse Jansenista, qui dixit apud Joann. 15. 5. *Sine me nihil potestis facere.* Si autem pari prorsus modo Palafoxius, Patres, & Scripturæ loquuntur, vel omnes Jansenistæ, & nos quoquè lubentissimè cum ipsis: vel rectè sapit Palafoxius, & desipit, & miserè fallitur procacissimus Censor.

Ut verò magis magisque pateat & inscītia, & malignitas perversi Censoris, & quam præpostero ratiocinio Scripturarum, ac Patrum auctoritate abutatur, nolo hinc humānarum actionum bonitatem vel ex officio, vel ex fine dimetiri, atque in iis vel operis, vel operantis finem considerare. Paucis hanc quæstionem diremit August. lib. 4. contra

Jul.

Jul. num. 22. Possunt aliqua bona fieri, non  
benè facientibus, à quibus fūnt. Bonum est enim  
ut subveniatur homini periclitanti, præsertim in-  
nocenti. Sed ille, qui hoc facit, si amando glo-  
riam hominum magis, quàm Dei facit, non benè<sup>1</sup>  
bonum facit: quia non bonus facit, quod non  
bonā voluntate facit. Absit enim ut sit, vel di-  
catur voluntas bona, quæ in aliis, vel in se ipsā,  
non in Domino gloriatur. Hac unicā Augustini  
distinctione adhibitā, omnes ipsius cavilla-  
tiones evanescent. Nolo etiam Augustinum  
(cujus verba nimium extra rem affert Cen-  
sor) de Romanorum, ac Gentilium virtuti-  
bus loquentem adducere: de his enim qui-  
libet in scholā Augustinianā non modò Ma-  
gister, sed & discipulus, abundè disseret, &  
multò meliùs ratiocinabitur, quàm ineptus  
iste Censor. Satis erit de hoc argumento Au-  
gustinum ipsum legere lib. 2. de Civitate Dei,  
cap. 13. & 15. & lib. 4. contra Jul. num. 20.  
26. & alibi passim. Hæc itaque prætermitt-  
tens, tria tantùm adverto.

Primò. Palafoxii Censor in id solùm in-  
tentus, ut Vener. Episcopum quoquo modo  
potest, calumnietur, affert contra ipsum, can.  
7. sess. 6. Concil. Trident. ut hoc pacto sua-

dere possit indoctis , atque imperitis Palafo-  
xii doctrinam à Concilio reprobata. Sed  
operæ pretium exigit , ut Censoris malitia,  
atque ignorantia in proposito ponatur. Con-  
cilium in præfato Canone anathema dicit in  
asserentes omnia opera ante justificationem  
facta , esse peccata : ubi error potissimum  
Lutheri damnatur , docentis omnia , quæ  
peccator justificationi præmittit , orationes,  
scilicet , eleemosynas , exercitia pietatis , actus  
item spei , contritionis , &c. esse peccata.  
Quid , quæso , hoc ad rem nostram ? Quæro  
à Censore : ista pietatis opera , quæ Luthe-  
rus ajebat esse peccata , exercentur nè à pec-  
catore per gratiam Dei , vel per solum libe-  
rum arbitrium sine ullâ gratia ? Si hoc secun-  
dum dixerit , recedat tandem ad Pelagiano-  
rum castra , nec amplius Catholicos falsâ  
pietatis specie decipiatur . Si verò dixerit : hæc  
opera fieri non posse sine Dei gratiâ ; nonne  
se manifestè calumniatorem probat , dum  
hunc Canonem contra Palafoxium affert ,  
qui tunc dumtaxat ait , arbitrium boni ali-  
quid agere non posse , quandò à divinâ  
gratiâ destituitur ? Advertat item Censor ver-  
ba Canonis : *Si quis dixerit opera omnia , que*

an-

ante *justificationem* fūnt, quacumque *ratione facta* sint, verè esse peccata; anathema sit. Nempè Concil. eos damnat, & meritò, qui ajebant *opera omnia* *justificationi* præmissa, etiam, ut diximus, orationes, eleemosynas, actus spei, doloris, &c. esse peccata, quacumque *ratione* hujusmodi opera patrata fuissent, scilicet, etiam per Dei gratiam: & hic certè fuit Lutheri error à Concilio confossus. Sed quid simile habet Palafoxius, ut contra illum Tridentini Concilii anathema conetur Censor intorquere? Seipsum potius ferit, dum simul & suæ mentis hebetudinem, & sui cordis malignitatem profert.

Secundò advertendum est, hanc Venerabilis Episcopi Pastoralem epistolam precatiōnem ad Deum continere, & normam benè precandi exhibere. Quis autem Deum obsecrans sui velit arbitrii vires extollere? Orationem debet quammaximè comitari humilitas, & quò anima humilior est, eò magis suarum virium infirmitatem agnoscens, sese antè Deum tanquam pauperem, & mendicum exhibit, eleemosynam petentem, qui sanè non suas divitias, sed indigentiam ostentare solet. Fortassè Censor iste ex Jesui-

tarum cœtu (quibus certè virtus magis dilecta non est humilitas) si Deum precari vellet, Palafoxii loquutionibus contraria proferret. Diceret ergò: „A me ipso, Domine, „& Salvator mi, & sine te, aliquid scio, „aliquid possum, & aliquid boni quærere „valeo, desiderare, & æstimare: meam salutem à me procurare possum, & dum iudicavi me fortem esse, & constantem, & „in meâ potestate esse liberare me à periculis, & vitiis, fortem me reperi & constanterem, & me à periculis, & vitiis libera vi. „ O dignam Pharisæo orationem! Immò nec tantum superbiæ ille Evangelii Pharisæus ostendit in orando. Oret sanè hoc pacto Censor in Pelagianorum scholâ enutritus; nos Palafoxii humilitatem imitemur. Fateamur nostram indigentiam, impotentiam, atque infirmitatem, ut à Domino misericordiam consequamur.

Tertiò tandem, deimus adversario, nos aliqua bona opera, & undequaque bona, sine gratiâ, sed solis arbitrii naturalibus viribus patrare posse; dicet ne talia opera pure naturalia aliquid ad justificationem, & gloriam obtainendam conferre? Dicet fortasse

sè cum Pelagianis; sed id Catholici omnes, quibuscum loquor, pernegabunt. At quæro quinam omnium nostrarum orationum finis, nisi permanens justificatio in præsenti sæculo, & gloria in futuro? Ad tanta dona adquirenda arbitrium nostrum sine Dei gratiâ nihil potest, nihil valet, nihil omnino conferre novit, juxta Catholicæ Ecclesiæ dogmata. Palafoxius ergo in suâ ad Deum precatione constantem justificationem, æternamque gloriam enixiùs postulans, sui naturalis arbitrii omnimodam impotentiam, humilitèr, & veraciter confitetur. Haud ille certè in suâ Pastorali Theologicam adornat disquisitionem; haud illi cura est de operibus naturalibus, quæ ad supernaturalia dona promerenda nihil omnino valent: sed orat, & Deum orat, petit quod non habet, nec ex se habere potest; supernaturale videlicet auxilium ad benè agendum, ut supernaturalia dona valeat emereri. Hæc qui attenderit, noscet statim, quæm rectè, & quæm catholice prectetur Venerabil. Episcopus, & quæm putidè, & quæm calumniösè loquatur iniquus Censor.

---

### CAPUT III.

*De inducâ, & constitutâ per peccatum primi  
Hominis servitute peccandi,*

seu

*De voluntate humana, dominante cupiditate,  
necessariò, & irresistiblè serviente  
peccato.*

*Nota.* Ad Textus, quos modò referemus, tām ex Janse-nio, quām ex ipsis Discipulis, revocandi, & adjungendi sunt Textus in præcedentibus capitibus adducti; siquidem in illis non minus aptè declaratur irresistibilis, absente gratiâ victrice, peccandi servitus, quām aut amissio, aut ruīna libertatis, aut absoluta ad omne opus bonum etiam ordinis mērē naturalis impotentia. Immò hanc peccandi invincibilem servitutem mirificè exprimunt, ac declarant.

ECCLESIAE.

VEN. DE PALAF.

JANSENII.

Si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona Deum operari non permissivè solū, sed etiam propriè, & per se, adeò ut sit proprium ejus opus non minus perditio Judæ, quām

Esta nuestra vo-luntad ::: está heri-da desde la primera culpa, corre sanguine de miserias en todo quanto está obran-do. Cap. 35. pag. 80.  
84.

*Hoc est.*

Hæc voluntas nos-træ jacet vulnerata post primum pec-ca-

*Libellus Gallicus.*

Mon Sauveur, ayéz pitié de mon impuissance, encore qu'elle vienne de ma volonté & de mes péchés. Regardez par votre misericorde la misère épouvantable de mon origine & la profondeur in-con-

ECCLESIAE,  
quàm vocatio Pau-  
li, anathema sit.  
*Trid. Sess. 6. c. 7.*

Natura humana  
per peccatum non  
est totaliter cor-  
rupta, ut scilicet  
toto bono naturæ  
privetur; potest qui-  
dèm in statu naturæ  
aliquid bonum par-  
ticulare agere. *San-  
ctus Thom. 1.2. quest.  
109. art. 2. corp.  
vid. 2.2. quest. 10.  
art. 14. corp.*

Inventus est ho-  
mo, qui servos  
Christi... sub hac  
occasiōne cribra-  
ret, asserens de ar-  
bitrii libertate, ho-  
mini... in una tan-  
tum parte, quæ de-  
terior est, datam  
esse licentiam eli-  
gendi. Oh schismati-  
cam propositio-  
nem, quæ juxta  
Apocalypsim, cap.  
XIII. scriptas ha-  
bet in fronte blas-  
phemias! Quæ ista  
libertas est! si va-  
let, edisserat, ubi  
datur solum velle,  
quod pugnet? Aut  
quare electionem  
no-

VEN. PALAFOX.  
catum. In omnibus  
quæ facit, currit  
sanguis miseria-  
rum.

*Nota. Sensus est.*

Voluntas nostra  
vulnerata peccato  
originali, nihil ope-  
ratur, quod non sit  
miseria, hoc est  
peccatum.

Es tal nuestra  
condicion, Señor,  
que siempre hemos  
de servir, porque ò  
ha de ser el alma...  
sierva infeliz de la  
culpa, quando ella  
escoge su servidum-  
bre; ò ha de ser  
triunfada, y escla-  
va de vuestra gra-  
cia. *Cap. 36. pag. 87.  
88.*

*Hoc est.*

Talis est, Domini-  
ne, nostra conditio,  
ut semper necesse  
sit nos servire; si-  
quidèm necesse est,  
animam vel esse  
servam infelicem  
peccati, quando il-  
la suam eligit ser-  
vitutem (\*), (vide  
in subsequenti nota)  
vel esse triumpha-

JANSENII.  
concevable, ou je  
suis. §. vii.  
*Jansenius.*

Peccati merito a-  
missa libertas, &  
peccandi necessitas  
constituta. *Lib. 2.  
de Grav. Christ. Salv.  
3. & 14.*

*Jansenius.*  
Arbitrium non  
est liberum, ut ope-  
retur, aut velit bo-  
num, sed sub malo,  
seu peccati affectu  
depressum, capti-  
vum, servumque  
possideatur. *Lib. 3.  
de Stat. Nat. Laps.*

*Bajus.*  
In omnibus suis  
actibus peccator ser-  
vit dominanti cupi-  
ditati. *Prop. 40.*

*Jansenius.*  
Cum enim crea-  
tura rationalis ad  
aliquid necessariò  
suâ voluntate tan-  
quàm pondere in-  
clinetur, alterutrum  
necesse est, sit id,  
in quo motus volun-  
tarius requiescat,  
aut Creator, aut  
Creatura, aut Mundus,  
aut Deus. Quòd  
si in creaturâ dili-  
gen-

(\*) An actio illa eligendi servitatem suam, quam Præsul Illustrissimus  
voluntati attribuit, sit actio verè libera, ex sequentibus Testibus facile in-  
telligetur.

## ECCLESIAE.

nominat, ubi unam tantum partem assentit fuisse concessam? *Ennodius lib. 2. epist. 19.*

Sub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius, *Gen. iv. 7.*

Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. *I. Corinth. 10. 13.*

Quis non clamet stultum esse praeculta dari ei, cui liberum non est, quod præcipitur facere, & iniquum esse cum damnare, cui non fuit potestas jussa completere. *August. de Fide contra Manichæos, cap. ix.*

## VEN. PALAFOX.

tam à gratiâ tua, ejusque esse captivam.

## JANSENII.

genda requiescat, vitiosus reprehensibilis, adeoque culpabilis amor sit, fons, fomes, & radix omnium peccatorum. Est enim illa vitiosa cupiditas, quæ in omnibus peccatis dominatur, cui contraria est sola charitas Dei. Nullumque quippè medium inter ista duo datur, aut dari potest. *Lib. 5. de Grat. Christ. cap. 2.*

## Libellus Gallicus.

Seigneur, je connais par la malheureuse experience que j'ai fait, que ceux qui s'abandonnent à leurs passions se trouvent assujettis, comme à un tyran, à une concupiscence imperieuse qui les presse & qui les entraîne toujours à des nouveaux péchés: Ils sont arrêtés par la tyrannie de leurs mauvaises coutumes & ne peuvent s'empêcher de leur obeir jusqu'à ce qu'ils soient délivrés de leur servitude. §. VIII.

ECCLESIA.

VEN. PALAFOX.  
que sin vuestras  
fuerzas , Dios mio,  
no quebrantará sus  
hierros. Cap. 15. p.

JANSENII.

31. 32.

*Hoc est.*

Cognoſco , nos ,  
qui vivimus cupiditi-  
bus mancipati ,  
subjici Imperio ty-  
ranni præpotentis ,  
terribilis , crudelis ,  
superbi concupiſ-  
centiæ , quæ nos sol-  
licitat , rapitque ad  
id , quod pejus est ,  
quæ relinquendo  
nos liberos nos rap-  
tat . Turpis appeti-  
tus tyrannus bona  
desideria ligata , &  
captiva tenet . Inge-  
miscit ratio sub ju-  
go hujus crudelis  
servitutis , & quem-  
admodum captivus  
durum , obscurum  
que detrusus in car-  
cerem , ferro , ca-  
tenisque onustus  
suspirat , plangit -  
que propter amis-  
sam libertatem , nec  
potest à se ipso  
suum sibi procura-  
re remedium ; ita  
anima mea , Domi-  
ne , plena cupidita-  
bus , & vinculis ,  
plena peccatis , &  
miseriis gemit in  
tenebris , & caligi-

*Jansenius.*

Sententia igitur  
Augustini.... non  
alia , quam ista est ,  
quod liberum vo-  
luntatis arbitrium  
post lapsum primi  
hominis sub cupiditi-  
bus terrenis ita  
arctè captivum pos-  
sideatur , ut libertas  
illa ferreis vinculis  
adstricta , nullo mo-  
do possit surgere ,  
ut bonum velit , aut  
faciat , sed tantum-  
modò captivo mo-  
tu ersetur in malo .  
*Lib. 5. de Stat. Nat.  
Laps. cap. 2.*

Sanctissimus , &  
profundissimus Do-  
ctor non contentus  
declarasse homi-  
nem post lapsum ,  
omni operis boni  
libertate privatum ,  
eadem fiduciâ par-  
tem utramque do-  
cet , non esse ei e-  
tiam liberum à pec-  
cato abstinere , sed  
in necessitatem pec-  
candi , peccando  
cecidiſſe . *Lib. 3. de  
Stat. Nat. Laps. c. 9.*

VEN. PALAFOX,  
ne peccati, & ag-  
noscit, quod sine  
fortitudine tua non  
disrumpet vincula  
sua.

*Libellus Gallicus.*

Si quis dixerit....  
quanto vehementius  
quis nititur se dis-  
ponere ad gratiam,  
tantò eum gravius  
peccare. Anathema  
sit. *Trid. Sess. vi.  
cap. 7.*

Lloro, Señor, mi  
flaqueza, y como  
sobre difunta lloro  
esta mi naturaleza  
corrompida y mi-  
serable, solo pode-  
rosa para ser mas  
flaca, solo fuerte  
para ofenderos, so-  
lo eficaz para eno-  
jaros, solo libre sin  
Vos para apartarse  
de Vos. *Cap. x, pag.  
20.*

*Hoc est.*

Plango, Domine,  
debilitatem meam,  
& sicut super mor-  
tuam plango meam  
naturam corruptam,  
& miserabilis  
tantummodo potentem ad augen-  
dam infirmitatem  
meam, tantummodo  
fortem ad offendend-  
um te, tantum-  
modo efficacem ad  
commovendam i-  
ram tuam, tantum-  
modo liberam sine  
te, ad avertendum  
se à te.

Soy esclavo de  
malas mañas, y in-  
clinaciones; soy  
sier-

Mon coeur de-  
meure si fortement  
attaché a l'amour  
aveugle de moi mê-  
me & a la recher-  
che de toutes les  
choses qui peuvent  
contanter & intre-  
tenir cet amour, que  
je me trouve tou-  
jours en etat de pre-  
ferer ma nature cor-  
rompuë à des ob-  
jets qui plaisent à  
votre divine Majes-  
té. Je me trouve  
toujours en etat d'  
obeir à mes pas-  
sions plustôt qu'à  
votre Evangile, &  
de preferer ma foi-  
blesse, mon indi-  
gence & ma misere  
à la plenitude & au  
bonheur que Vous  
pouvez me donner.  
*§. vi.*

*Jansenius.*

Ad quod solum  
(ad peccandum) li-  
bertas ejus expedi-  
ta. *Lib. 4. de Grat.  
Chr. Salv. cap. 20.*

Pondus ad pec-  
candum remanet,  
quod

## ECCLESIA.

*Alii curiosi de  
de dilecta distri-  
ctu... 20.*

VEN. PALAFOX.  
siervo de muy per-  
versas costumbres.  
*Cap. 18. p. 41.*

*Hoc est.*

Si quis liberum  
hominis arbitrium  
post Adæ peccatum  
anissum & extin-  
ctum esse dixerit;  
rem esse de solo ti-  
tulo, immò titulum  
sine re, anathema  
sit. *Conc. Trid. Sess.  
vi. Can. 5.*

Si quis dixerit li-  
berum arbitrium  
non posse dissenti-  
re, si velit; anathe-  
ma sit. *Ibid. cap. 4.*

Captivus sum ma-  
larum passionum, &  
inclinationum, ser-  
vus sum pessimo-  
rum habituum.

Y asi Vos, Dios,  
y Señor mio, como  
quien ata al freneti-  
co en la cama, es  
menester que ateis  
esta poderosa li-  
viandad. *Cap. 21.*  
*p. 47.*

*Hoc est.*

Itaque Deus, &  
Domine mi quem-  
admodum phreneti-  
cum in lecto alliga-  
re necesse est, ita  
necessere est, ut hanc  
potentem amentiam  
liges.

Antes bien quan-  
do he de dár cura-  
cion á mis heridas,  
las repito; y quan-  
do pretendo cobrar  
la salud, aumento  
mi enfermedad. *Cap.  
2. pag. 4.*

*Hoc est.*

Quinimò quandò  
meas plagas curare

Si quis dixerit,  
quanto vehementius  
quis nititur se dis-  
ponere ad gratiam,  
tantò eum gravius  
peccare; anathema  
sit. *Trid. Sess. vi.  
Can. 7.*

Si quis cognove-  
rit plagam cordis  
sui,

JANSENII.  
quod est peccandi  
potestas perfectissi-  
ma. *Lib. 8 ibid.*

*Libellus Gallicus.*

J' eprouve en  
toutes occurrences  
que mes pensées &  
ma volonté ne sont  
point en mon pou-  
voir je n' en puis  
disposer comme je  
voudrois je ne puis  
les retenir je ne puis  
les commander. §.  
xi.

Jansenius.  
Augustinus docet,  
arbitrium voluntati-  
onis post peccatum  
ex libero factum es-  
se peccati servum,  
atque captivum; in  
eaque captivitate &  
servitute non posse  
ullo modo suis vi-  
ribus à compedibus,  
quibus vincitum est,  
exui. *Lib. 3. de Stat.  
Nat. laps. cap. 3. vide  
ibid. cap. 2.*

Sententia igitur  
Augustini non alia  
quam ista est, quod  
liberum voluntatis  
arbitrium post lap-  
sum primi hominis  
sub cupiditatibus  
terrenis ita arctè  
captivum possidea-  
tur,

## ECCLESIÆ.

sui, & expanderit manus suas in Domō hac, tu exaudiēs in Cœlo in loco habitationis tuæ, & repropriaberis.

*III. Reg. viij. 38.*

Deprecatio enim in peccatore laudabilis. *S. Amb. in Ps. 37. ad vers. Domine ante te omne desiderium.*

Orationem peccatoris procedentem ex bono naturæ desiderio, Deus audit. *S. Thom. 2.2. quæst. 83. art. 6. Resp. &c.*

Deus converte nos.

*Psalm. 79. vers. 4.*

Converte nos, Deus salutaris noster, & averte iram tuam à nobis. *Psal. 84. vers. 5.*

Peccatores, Te rogamus, audi nos, ut nobis parcas, ut nobis indulgeas &c.

Ex Litanis, quas cantat, & approbat Sancta Ecclesia Catholica.

## VEN. PALAFOX.

volo, illas multiplico, & quando salutem recuperare intendo, augeo infirmitatem meam.

Hujus textū sensus in omnium oculos involat, scilicet, quando conor exire de statu peccati, convertere me ad Dominum meum, & me disponere ad gratiam, tunc plagas meas multiplico, seu, ut loquitur Jansenius, volvo me ipsum in vinculo, & dum nitor surgere, in vulnus vulnere surgo.

## JANSENII.

tur, ut libertas illa ferreis vinculis adstricta, &c. Vide sup.

*Libellus Gallicus.*

Je ne puis faire, par tous les secours de la raison que des efforts inutiles pour ma guérison & ma délivrance. Je ne suis capable par ces vains efforts que d'augmenter ma langueur, mes playes au lieu de me délivrer & de me guérir. §. 1.

*Jansenius.*

Nimirum volvit se ipsum in vinculo, & dum nititur surgere, in vulnus vulnere surgit. *Lib. 3. de Stat. Nat. Lap. 2.*

*Joannes Hus.*

Si homo vitiosus est, & agat quidquam, tunc agit vitiosè. *Art. 16.*

*Lutherus.*

Vide suprà in principio Capitis II.

Por mi mismo.

Nihil possum querere, quam meam cœcitatem, alind amata-

Veritas itaque est quod homo arbor mala factus, non potest nisi malum vel le,

ECCLESIAE.

VEN. PALAFOX.

## JANSENII.

le, & facere. Tom. 5.  
fol. 2. ver. 2. 4.

### *Quesnellus.*

amare, quam meos  
errores, aliud aesti-  
mare, quam meas  
aberrationes. Ibid.  
ut suprà.

A me ipso, Domine, & sine Te, nihil aliud valeo amplecti, quam meam perniciem. Ibid, ut supra.

A me ipso Domine, & sine Te non possum ambulare, nisi ad me præcipitandum, nec vel unum passum facere, quin me præcipitem agat. Ibid. ut supra.

Non possum me ipsum defendere, quin me ipsum vulnerem, non possum pugnare quin me ipsum interficiam.

Oratio impiorum  
est novum pecca-  
tum. *Prop.* 19.

Quesnellus.

Voluntas, quam  
gratia non præve-  
nit, est capax omnis  
mali, & incapax ad  
omne bonum. Prop.  
39.

Jesu Christi gratia principium efficax boni cuiusque generis, necessaria est ad omne opus bonum. Absque illa nihil fit, sed nec fieri potest. Prop. 2.

*Idem.*

Quid aliud esse possumus nisi tenebrae , nisi aberratio sine fidei lumine , sine Christo , sine charitate? *Prop. 48.*

*Idem.*

Sine gratiâ nihil  
amare possumus ni-  
si ad nostram con-  
demnationem. Prop.  
40.

*Idem.*

Voluntas, quam  
gratia Dei non præ-  
ve-

VEN. PALAFOX.

ram sine Te , ad a-  
vertendum se à Te .  
Ibid. ut suprà.

Qui credere pos-  
sim , quòd à me si-  
ne Te , aliquid fie-  
ri possit , quod non  
sit miseria , & cor-  
ruptio? Vid. suprà.

JANSENII.

venit , nihil habet  
luminis... ardoris ,  
nisi ad se præcipi-  
tandum. Prop. 39.

*Idem.*

Voluntas , quam  
gratia Dei non præ-  
venit , nihil habet  
virium : nisi ad se  
vulnerandum. Prop.  
39.

*Quesnellus.*

Sine gratiâ nihil  
amare possumus , ni-  
si ad nostram con-  
demnationem. Prop.  
4.

*Idem.*

Peccator non est  
liber , nisi ad ma-  
lum sine gratiâ li-  
beratoris. Prop. 38.

*Idem.*

Sola gratia Chris-  
ti reddit hominem  
aptum ad Sacrifi-  
cium fidei. Sine hoc  
nihil nisi impuritas;  
nihil , nisi indigni-  
tas. Prop. 42.

*Nota.* Ex hac Illustrissimi Præsulis cum Quesnello con-  
sensione , duo hæc quasi sponte suâ menti sese offerunt. Pri-  
mum quidem : Necesse est , ut Quesnellus ob oculos habue-  
rit Epistolam Pastoralem D. JOANNIS DE PALAFOX , dum suas  
in novum Testamentum observationes fäceret. Tanta enim in-  
ter observationes morales , & Epistolam Pastoralem interce-  
dit conformitas , ut Quesnellus Illustrissimum Præsulem ex-  
scripsisse videatur. Alterum verò non videri quomodo Illus-  
trissimus D. DE PALAFOX absolví possit , quin absolvatur  
Quesnellus.

Trans-

Transeamus modò ad tertiam calumniam dispellendam , in qua mendacissimus Censor Venerabilem Episcopum accusat, quòd voluntatem humanam dixerit sub concupiscentiæ pondere necessariò in malum ferri, quod ut probet , aliquos adducit Epistolæ Pastoralis textus, in quibus Palafoxius dominantis concupiscentiæ vires describens , illam comparat crudeli sævoque tyranno , qui captivam , & vinculis coercitam tenet voluntatem, ut nihil proindè boni agere valeat.

Necesse haud esset in hac refutandâ calumniâ diutiùs immorari , cum in superioribus capitibus jam satî declaratum sit quo sensu , & quâm rectè dixerit Vener. Episcopus nihil boni sine gratiâ nos agere posse. Absque dubio de fide tenemus , voluntatem nostram sine Dei supernaturali adjutorio nihil omnino boni agere posse, quod ad veram pietatem , æternamque salutem consequendam conferat: & cum hoc bonum in suâ preicatione petat Palafoxius , jure meritoque suæ voluntatis impotentiam ad illud obtinendum fatetur. Ceterùm nunquàm ipse negavit, immò sàpè asseruit, liberam sub concupiscentiâ voluntatem esse , & liberè malum eligere.

L

Quod

Quod ut clariū pateat præter jam dicta aliqua h̄ic breviter addemus.

Meminerit autem Censor alio pacto homines loqui dum docent in cathedris, alio verò dum vel Deum orant, vel familiariter colloquuntur. Quis importunus, & morosus Censor, nisi omnino, veluti hic noster, desipiat, omnes, quas in loquendo similitudines, allegorias, ac metaphoras adhibemus, velit in omnibus juxta proprium verborum sensum, ac vim expressionis explicare? Sacræ etiam Scripturæ, ut suprà vidimus, hominem peccato illigatum, & sub concupiscentiæ pondere fatiscentem comparant ligno vitis, quod ignis consumpsit; homini cæco à nativitate: homini vestibus expoliato, vulnerato ac semivivo; homini jam defuncto; cadaveri ligato, atque in sepulchro clauso, ac jam putrescenti, &c. Nunquid quis dicet S. Scripturam liberi facultatem arbitrii peccatoribus adimere? Etenim nec vitis lignum combustum libertatem habet se ad priorem formam restituendi; nec cœcus ad visum reparandum; nec mortuus ad resurgendum. Sed ineptus atque impius esset, qui sic argumentaretur. Rursùs: genus humanum post pec-

peccatum dicitur sedere in tenebris , & in umbrâ mortis , sedere in pulvere vinculis illigatum , esse sub potestate dæmonis , qui sæpè describitur tanquàm tyrannus , qui peccatores regit , eosque captivos tenet ad suam voluntatem , &c.

Quid igitùr mirum si Palafoxius , qui se describit ut peccatorem , concupiscentiæ & cupiditatum vi abstractum & illectum , eosdem adhibeat loquendi modos ; immò expressiones ipsas à Scripturis , ac Patribus sæpè mutuetur ? Legatur Augustinus in suis Confessionibus toto lib. viii. ubi describit malæ consuetudinis pondus , quo illigabatur & retrahebatur , ne converteretur ad Deum. Legatur Prosper in Poëmate , cap. i. ubi concupiscentiæ vires describit , & inventantur consimiles phrases , & quandòque etiam vivaciores expressiones .

Certum autem est , quòd sæpè repetit Palafox. voluntatem à prædominante concupiscentiâ raptam , sine efficacis gratiæ auxilio , concupiscentiæ sempè obedire , ac deservire ; sed nullibi dixit Vener. Episcopus illam ad malum necessariò ferri. Immò in hoc notanda est mala iniqui Censoris fides , qui

Palafoxii verba in latinum vertens , utitur voce *necessè sit* , cum illud *necessè* non reperiatur in Hispanicis verbis. Quamquàm & si Palafoxius uteretur hac voce *necessè* , non hinc inferenda esset vera & propriè dicta necessitas: in communi enim sermone sæpiissimè illud dicimus *necessè esse* , quod sempèr ita evenit , etsi ex hominum libertate proveniat. Immò in allato textu expressè ait Ven. Episcopus *voluntatem eligere malum*: si autem voluntas eligit , profectò non necessariò trahitur : ubi enim *electio* , nulla necessitas. Iniquus autem Censor dum in subjectâ adnotatione vim verbi illius *eligere* deprimere conatur , calumniatorem se potius demonstrat , quam Censorem.

Itaque per Palafoxium , ut sæpè diximus , homo sine gratiâ , & sub prædominantis concupiscentiæ pondere , nullâ antecedenti necessitate adigitur ad malum , & liberè agit ; sed hac suâ libertate non elit nisi malum : non quia (rursùs dico) aliquam patitur ad male agendum necessitatem ; sed quia ipsi magis malum placet , quam bonum , quod per gratiam Dei tantum præstatur , ut placeat: ac proindè liberâ volun-

luntate eligit malum potius quām bonum.  
 Hoc idem dixerat Augustinus sermon. 12.  
 de verb. Apostoli: „Homo prorsū si adju-  
 „torium Dei defuerit , nihil boni agere po-  
 „terit: agit quidē illo non adjuvante libe-  
 „rā voluntate , sed malē..... cum dico tibi  
 „sine adjutorio nihil agis , nihil boni dico.  
 Et in epist. 177. ad Innocentium. „Satis ap-  
 „paret, quōd ad non peccandum , id est ,  
 „ad non malē faciendum, quamvis esse non  
 „dubitetur arbitrium voluntatis , tamen ejus  
 „potestas non sufficiat, nisi adjuvetur à gra-  
 „tiā.

Superest nunc ut brevitè Scripturas, &  
 Canones inspiciamus à Censore contra Pa-  
 lafoxium allegatos , ut hinc ipsius malitia  
 magis elucescat. Affert primò Can. 6. sess. 6.  
 Concil. Trident. in quo damnantur hæreti-  
 ci asserentes Deum operari in nobis æquè  
 bonum & malum, & ad utrumque nos in-  
 eluctabili necessitate inducere. Quid hæc  
 contra Palafouium asserentem , malum esse  
 ex liberā nostrā voluntate , & bonum ex  
 Dei gratiā nos adjuvante ? Affert secundò  
 Can. 7. sess. 6. in quo damnantur hæretici  
 blaterantes omnia opera ante justificationem

esse

esse peccata, & hominem dum se disponit ad justificationem , etiam peccare , & tantò magis peccare , quantò vehementius ad justificationem se nititur disponere. Hoc Canone allato triumphat Censor verba afferens Palafoxii : „Quandò meas plagas curare volo, „illas multiplico , & quando salutem recupерare intendo, augeo infirmitatem meam. Et statim Censor latus subjungit : „hujus „textū sensus in omnium oculos involat, „&c. „ At videamus an aliorum oculi sint eā malignitatis, odii, & furoris caligine obtenebrati , quā Censoris oculi obcœcantur. Dum Palafoxius dixit: „Quandò meas plagas „curare volo illas multiplico. „ Loquebatur ne de voluntate Dei gratiâ adjutâ , an verò de voluntate sine gratiâ , & sub prædominante concupiscentiâ laborante? Quisque videt, & Censor ipse in toto hoc capite fateatur, Palafoxium loqui de voluntate sine gratiâ , & à concupiscentiâ abstractâ: & benè hoc dixit Palafoxius. Homo enim sine gratiâ non retrahit se ab uno vitio ad quod inclinatur , nisi ut ad aliud vitium , quod magis delectet, declinet. Quæro ulterius à Censore: potest ne homo sine gratiâ se ad gratiam

tiam reparandam disponere, & ad veram conversionem? Nescio cuius sectæ sit Censor, ac proinde nescio quid responsurus sit: illud tamen benè scio, catholicos omnes responsuros esse; non posse. Quarè igitùr verba Vener. Episcopi interpretatur Censor hoc pacto: „Quando conor exire de statu peccati, convertere me ad Dominum meum, & „me disponere ad gratiam, tunc plagas meas „multiplico, &c. „ Palafoxius loquitur de homine suas plagas curare volente sine ullâ gratiâ; & proinde loqui non potest de homine se ad Deum convertere, & ad gratiam disponere volente. Quarè ergò utrumque diversissimum dicendi modum Censor simùl confundit, & Vener. Episcopo simùl attribuit? Quarè, inquis? Quia calumniator est, quia ignorantia laborans, ac malitia abrepitus nescit ratiocinari, nec verborum sensum intelligere. Sed qui veritatem querit statim noscet, quod in totâ hac Pastorali Palafoxius propriam infirmitatem considerans, & cernens se non posse propriis viribus ab uno vitio emergere, quin in alterum fortassè maius offendat; Deum rogit ut suâ gratiâ occurrat, quâ possit resurgere, & se verè ad

Do-

Dominum convertere. At Hæretici à Tridentino damnati adeò desipuerant , ut dicerent , hominem se conantem per Dei gratiam (sciebant enim hominem sine Dei gratiâ hoc non posse) ad justificationem disponere , etiam peccare. Quid igitùr hæreticis commune cum Palafoxio , qui ideo petebat Dei gratiam , ut se disponeret ad justificationem ? Affert tandem Censor Can. 4. sess. 5. in quo damnantur negantes liberum hominis arbitrium , qui certè Canon Palafoxium nec à longè tangit , qui nunquam liberum negavit , immò pluriès asseruit , arbitrium.

Scripturæ textum ex 1. ad Corinth. 10.  
 12. *Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis.* Nullus Palafoxio nisi Pelagianus objicit. Nam cum Vener. Episcopus dicat , non posse hominem tentationibus resistere sine gratiâ , ac propriis viribus qui objicit laudata Apostoli verba , sentire debet , Deum ideo fidelem esse , quia non patitur nos tentari supra id quod propriis naturæ viribus possumus.

Idem dic de Scripturæ Textu 3. Reg. 8. 38. quem legens , existimare debuit Censor , ibì agi de homine qui propriis naturæ viribus,

bus, & sine gratiâ, cordis sui plagam cognovit, & expandit manus suas in domo Domini: alioquin non attulisset laudatum texum contra Vener. Episcopum negantem id fieri posse sine ullâ gratiâ, & gratiam pententem ut id facere posset. Etiam ex Litaniiis testimonia desumit Censor. *Peccatores, te rogamus audi nos.* At nunquid Palafoxius negavit unquam peccatores per Dei gratiam Deum rogare posse? Minime gentium. Immò se ipsum peccatorem fatetur, & Deum rogat, & hoc ipsum precari Dei gratiam esse fatetur. Ut igitùr Censor sibi constet, atque ut sua argumenta aliquam vim habeant, ita debet ratiocinari. Scripturæ & Ecclesia asserunt, peccatores sine ullâ Dei gratiâ posse resistere temptationibus, posse cognoscere plagas cordis sui, & ad Deum manus extollere, posse Deum rogare & petere, ut exaudiantur. Negat verò Palafoxius id fieri posse sine ullâ gratiâ, ac solis naturæ viribus; contradicit ergò Palafoxius Scripturis, & Ecclesiæ. Si ita argueret, esset bonus dialecticus, sed verus Pelagianus.

Hinc quisque discat, neminem contra veritatem, nisi errando, posse pugnare. Odio

ac furore in Palafoxium Censor abstractus,  
 Scripturas, Canones, Patres, Litanias etiam  
 consarcinavit, ut fucum faceret imperitis,  
 & Jansenianus esse videretur, qui tot Catho-  
 licæ veritatis testes sibi contradicentes habe-  
 ret. At miser non attendit, quòd dum Pa-  
 lafoxium vult ferire, in sese arma convertat!  
 Palafoxium accusat, eò quòd dixerit, nihil  
 hominem sine Dei gratiâ posse, ad justifica-  
 tionem obtainendam: Scripturas, & Canones  
 adducit, quibus probat id hominem posse:  
 putat ergo id hominem posse sine gratiâ.  
 Infelicem Censorem! Quo te rabies, & ob-  
 cæcatio abripuit! Jam vietas manus Pelagio  
 sine ullâ tergiversatione dedisti: jam Catho-  
 licæ Ecclesiæ vale dixisti. Unum tibi supe-  
 rest effugium. Fatere, te calumniandi æstu  
 concitum, nec quæ scribebas intellexisse. Fa-  
 tere sincero corde te eximum calumniato-  
 rem, atque impostorem: hoc solum pacto  
 Pelagianæ hæresis notam poteris declinare.

Hinc duplum dicat, nequum coram  
 his quibus, qui exinde, hoc se induxit. O filii  
 vestrum, quoniam diabolus vos  
 induxit, sed vos induxistis.

## CAPUT IV.

*De absorptâ, & extinctâ per gratiam cupiditate,  
seu  
De voluntate humanâ, dominante gratiâ, necessa-  
riò, & irresistibiliè serviente gratiæ.*

DOCT. ECCLES. VEN. PALAFOX.

Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum... neque posse dissentire si velit, sed veluti inanime quodam nihil omnino agere, merèque passivè se habere, anathema sit. Trident. sess. 6. can. 4.

Cum reliquerit Deus hominem in manu consilii sui, apposueritque coram eo ignem, & aquam, bonum, & malum, ut ad quodcumque voluerit, porrigit manum.... ac percurrenti Sacram Scripturam passim obvium sit, quod liberum in utramvis partem hominis arbitrium asseveret.... nec de-

ni-

Creo, Señor, como nos lo enseña la Iglesia Catholica Romana, que vuestra gracia nos dá el poder, nos dá el querer, nos dá el obrar :: nos aplica á todo lo bueno que obramos. Esta gracia :: crial en nosotros aquello con que os servimos. Cap. 5. pag. 9.

Hoc est.

Credo, Domine, sicut nos docet Ecclesia Catholica Romana, quod gratia tua nobis dat ipsum posse, nobis dat ipsum operari, nos applicat ad omne bonum quod facimus, & hæc ipsa gratia creat in no-

bis

JANSENII.

*Libellus Gallicus.*

Seigneur , nous croyons comme nous l'enseigne votre Eglise & votre sainte parole que votre grace nous fait pouvoir , nous fait vouloir , nous fait agir , nous applique á tout le bien que nous faisons, forme en nous toute l'obéissance que nous rendons a votre volonté . §. III.

*Synodus Dordracena.*

Operatio , virtute suâ , secundum Scripturam , nec creatione, nec mortuorum suscitacione minor , aut inferior est. *Definitio gratiæ juxta illam Synodum.*

M 2

Igi-

nique tale sit . . . trahentis Dei auxilium , cui resisti non possit: Quoties enim Deus voluerit congregare Filios Jerusalem , sicut gallina congregat pullos suos , & noluerunt. *Conc. Second. ann. 1528.*

bis id, cum quo tibi servimus.

Igitur haec ratio est, cur nullum loquutionis genus sit tam efficax , prægnansque , quin Augustinus illud usurpet , ut christianis Lectoribus indicaret non esse istius naturæ medicinalem Christi gratiam , ut ejus effectus à voluntate suspendatur, sed illius, ut per eam effectum potentissime invehat , inseratque voluntati, non operando , si voluntas velit , sed operando atque determinando ut velit. *Lib. 2. de Gratia Christ. Salv. cap. xxiv.*

#### *Libellus Gallicus.*

Seigneur , vous avez , sur mes pensées & sur ma volonté vn droit & vne autorité qui ne peuvent recevoir de borne. *Lib. Gal. §. 12.*

#### *Quesnellus.*

Quandò Deus vult salvare animam , quocumque tempore , quocumque loco effectus in-

Si quis dixerit , non esse in potestate hominis suas vias malas facere , sed mala opera , ita ut bona Deum operari non permissivè solùm , sed etiam propriè , & per se; adeò ut sit primum ejus opus non minus proditio

Teneis , Señor , sobre mis pensamientos , y sobre mi voluntad un derecho , un dominio , y tan grande soberanía y poder , que no debe resistirse , y si vos quereis , ni sabe. *Cap. 25. p. 54.*

*Hoc est.*

Habes , Domine ,

Judæ , quām vocatio Pauli, anathema sit. *Conc. Trid. sess. vi. Can. 6.*

in cogitationes meas & in voluntatem meam tale jus, tale dominium, tale imperium, tantamque potestatem, ut illa non debeat, nec si velis, valeat resistere.

Sensus obvius est, quandò Deus vult triumphare de nostra voluntate, impossibile est, ut illa resistat.

Si quis dixerit, non esse in potestate hominis, &c. *Vid. sup. pag. 72.*

No porque entones me quitais la libertad, sino porque esa eterna, é incomprehensible Sabiduría lo dispone de manera que siga voluntaria y gustosamente mi remedio, y que libre, aunque cautivo, viva triunfado de vuestra divina gracia... y esto es, porque puede mas vuestra bondad que mi maldad. *Cap. 25. pag. 53.*

*Hoc est.*

Non quod tunc mihi libertatem auferas, sed quia ista

dubitabilis sequitur voluntatem Dei. *Pr. 12.*

*Idem.*

Quandò Deus vult animam salvam facere, & eam tangit interiori gratiæ suæ manu, nulla voluntas humana ei resistit. *Prop. 13.*

*Jansenius.*

Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquām resistitur. *Prop. 2.*

*Idem.*

Gratia Christi juxta Dogma à S. Augustino constanter traditum, à nullo duro corde repuditur. *Lib. 4. de Grat. Christ. Salv. cap. 18.*

Gratiæ Dei Augustinus ita victri- cem statuit, ut non raro dicat hominem operanti Deo per gratiam non posse resistere. *Lib. 2. ubi sup. cap. 24.*

Eam (gratiæ) summæ efficaciam do- cet (Augustinus)....

*ater-*

*vo-*

æterna, & incomprehensibilis sapientia ita disponit, ut me voluntariè, & suavitè amplecti facias remedium meum, & liberum quamvis captivum, viðtum, & triumphatum à divinâ tuâ gratiâ vivere; & hoc accidit, quia plus potest bonitas tua, quam mea malitia.

vocat potestatem ejus efficacissimam:: occultissimam, & potentissimam, ineffabilem..... hanc gratiæ efficaciam cum pervicaci hominis voluntate collidit (Deus) & omni humano aversione, & pertinaciâ superiorum facit.  
*Lib. 2. de Grat. ut sup. cap. 24.*

Hæc propositio totum Jansenii sistema de viðtrice, & irresistibili deletione continet.  
1. Divina Gratia rem ita disponit, ut voluntas voluntariè, & suavitè oblatum sibi remedium amplectatur.  
2. Divina Gratia id operatur vincendo voluntatem, de illa triumphando, illamque captivando.  
3. Nullam tamen vim, nullam violentiam, nullam coactionem infert voluntati. Voluntas enim voluntariè, & suavitè, & cum gustu sequitur Divinæ gratiæ operatione.

Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione. *Prop. 3.*

#### Bajus.

Quod voluntariè fit, etiamsi necessariò fiat, liberè tamen fit. *Prop. 59.*

Sola violentia repugnat libertati hominis naturali. *Prop. 66.*

*Li-*

tionem ac modum.

Vocavi & renuis-  
tis. *Prov. 1. 24.*

Benignitas Dei ad  
poenitentiam te ad-  
ducit, secundum au-  
tem duritiam tuam  
& impunitens cor  
thesaurizas tibi i-  
ram in die iræ. *Ad*  
*Rom. 11. 4.*

Ipsum velle, sic  
donat (Deus) ut e-  
tiam à perseveratu-  
ris ipsam mutabili-  
tatem, quæ potest  
nolle, non auferat;  
alioquin collatam  
sibi gratiam nemo  
negligeret. *L. Prosp.*  
*lib. de vocat. Gentium*  
*cap. 28. Vid. Aug.*  
*lib. de Sp. & Litt. c.*  
24. Misericordia  
Dei, &c.

Inclinatio gratiæ  
non imponit neces-  
sitatem, sed habens  
gratiæ potest ea  
non uti, & peccare.  
*S. Thom. prim. part.*  
*Quest. 62. art. 3.*  
*ad 2.*

La rebelion de mi  
infame natural, si  
Vos quereis, jamás  
querrá resistirse á  
la gracia. Si Vos  
quereis, Vos po-  
deis disponer de  
ella como quereis,  
quando quereis, y  
de la manera que  
quereis. *Cap. 25.*  
*pag. 55.*

*Hoc est.*

Rebellio meæ in-  
famis naturæ, si tu  
vis, nunquam volet  
resistere gratiæ: si  
tu vis, potes de illâ  
disponere, sicut vis,  
quandò vis, quam-  
diù vis, & eo mo-  
do, quo vis.

Sensus est. Inte-  
riori gratiæ num-  
quam resistitur.

Los sagrados Ora-  
culos de vuestra  
Iglesia, Señor, las  
vozes de vuestra e-  
terna palabra nos  
aseguran, que ha-  
ceis todo aquello  
que quereis, porque  
sois Omnipotente,  
y no hay quien se  
os pueda oponer, ni  
resistir. *Ibid.*

*Hoc*

*Hoc*

*Libellus Gallicus.*

Seigneur, vous  
avez sur mes pen-  
sées & sur ma vo-  
lonté vn droit &  
vne autorité. . . .  
que toutes les puis-  
sances de l'enfer &  
toutes les rébellions  
de la nature ne sau-  
roient jamais sus-  
pendre, n'y dimi-  
nuer; vous en pou-  
vez disposer comme  
il vous plait, & en  
la maniere qu' il  
vous plait. §.xii.

*Jansenius.*

Docet enim (Au-  
gustinus) veram  
Christi gratiam à  
nullo duro corde  
respui..... nullam  
Christi gratiam ef-  
fectu, ad quem ef-  
ficiendum voluntati  
datur, ulla vo-  
luntatis pervicacia  
frustrari. *Lib. 3. de*  
*Grat. ut supr. cap.*  
*IV.*

*Li-*

*Hoc est.**Libellus Gallicus.*

Sacra Ecclesiæ tuae oracula, Domine, æterni Verbi tui sermones nobis asserunt, te facere omnne quodcumque vis, quia es omnipotens, & non est, qui tibi resistere, aut se tibi opponere possit.

Secunda Jansenii Propositio dicit sollempniter: *Interiori gratiae numquam resistitur.* Hæc ulterius progreditur, & addit nequidem resisti posse.

Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. *Ioan. 3.2. vers. 19.*

Quando vuestra misericordia quiere remediar nuestra miseria, como las tinieblas huyen de los rayos de la luz, asi la culpa de vuestra gracia. *Ibidem, pag. 56.*

*Hoc est.*

Quandò misericordia tua vult mederi miseria nostra, sicut tenebrae radiis lucis fugantur, sic peccatum divina gratia fugatur.

Du-

Sen-

Nous sommes assuréz par les sacrés oracles de votre Eglise & par votre sainte parole, que vous faites tout ce que vous voulez de cette volonté, sans quelle puisse jamais arreter le cours de la vôtre, & qu'elle puisse retarder un seul moment l'execution de vos desseins. §. XII.

*Quesnellus.*

Gratia est operatio manus Omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest, aut retardare. *Pr. x.*

Gratia non est aliud quam voluntas Omnipotentis Dei jubentis, & facientis, quod jubet. *Prop. xi.*

*Idem.*

Quandò Deus vult salvare animam, quocumque tempore, quocumque loco effectus indubitabilis sequitur voluntatem Dei. *Prop. XII.*

Quan-

Sensus est. Quemadmodum tenebræ nec resistere possunt radiis lucis; ita etiam voluntas humana non resistit, nec potest gratiæ resistere.

Quandò Deus vult animam salvam facere, & eam tangit interiori gratiæ suæ manu, nulla voluntas humana ei resistit. *Prop. XIII.*

Deus illuminat animam, & eam sanat, &què ac corpus solâ suâ voluntate. Jubet & ipsi obtemperatur. *Prop. XXV.*

El dia que vuestra luz penetra nuestras tinieblas: El dia que vuestro espíritu quiere entrar victorioso á sujetarnos, no basta la rebeldía á resistir vuestro imperio. c. 26. pag. 58.

#### *Quesnellus.*

Quantumcumque remotus á salute sit peccator obstinatus, quandò Jesus se ei videndum exhibet lumine salutaris suæ gratiæ; oportet ut se dedat, accurrat, & adoret Salvatorem. *Prop. XIV.*

Quo die vestra lux tenebras nostras penetrat, quo die spiritus tuus vult victor ingredi, ad subigendos nos, non sufficit rebellio ad resistendum imperio tuo.

Nullæ sunt illecebræ, quæ non cedunt illecebris gratiæ, quia nihil resistit Omnipotenti. *Prop. 6.*

#### *Libellus Gallicus.*

Mais Dieu de nos ames! Vous suspendez, arretez, comme vous vouléz & autant de tems que vous vouléz l'exercise & l'usage de

Durum est tibi contra stimulum calcitrare. *Aff. ix. 5.*

Ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, quippe qui illam abjicere potest. *Trid. Sess. vij. cap. 8.*

Cor eorum congelascit adversus Deum, & fit durum adversus imbrex gratiæ ipsius, ne fructum ferat. *Sanct. Aug. expos. Psal. 144.*

Si

neis,

N ce-

Pero Vos, Señor de mi alma, con una inefable eficacia y suavidad poderosa suspendeis, y deteneis,

neis, como quereis cette lamentable y quanto tiempo puissance, que nous quereis, el mal uso avons toujours de y exercicio de este transgresser votre lamentable y miserable querer, que loi & de rejeter yo tengo contra Vos vos inspirations. §. XIII.  
de esta facultad de  
traspasar vuestra  
ley, y quebrantar-  
la, y de resistirme  
á vuestras inspira-  
ciones. Cap. 26. p.  
53.

*Hoc est.*

*Jansenius.*

Sed tu Deus ani-  
mæ meæ cum unâ  
gratiâ ineffabili, &  
potenti suavitate  
suspendis, ac coér-  
ces, sicut vis, &  
quandiù vis, ma-  
lum usum, & exer-  
citium hujus lamen-  
tabilis voluntatis,  
quam in me tibi  
contrariam expe-  
rior; hujus (scili-  
cet) facultatis trans-  
grediendi legem  
tuam, illam vio-  
landi, ac resisten-  
di inspirationibus  
tuis.

*Nota.* Sensus præ-  
cedentis propositio-  
nis est. Voluntas  
mea, antequam sus-  
penderetur, & coér-

Quemadmodum hu-  
mana voluntas con-  
cupiscentiali mor-  
bo læsa & infirma-  
ta, nihil omnino bo-  
ni cum eâ velle, vel  
operari potest. Lib.  
3. de Grat. Christi  
*Salv.* cap. 1.

Propter domi-  
nantem sibi libidi-  
nem .... à quâ con-  
sensus ejus captivus  
tenebatur. *Ibid. lib.*  
4. cap. 9.

Ita post eam ab-  
sorptam extinctam  
que penitus nihil  
potest agere mali,  
dominante ei sola  
delectatione Crea-  
toris. *Ibid. sup.*

Ad merendum,  
&c.

Si

ce-

Quod

ECCLESIAE.

VEN. PALAFOX.

JANSENII.

ceretur malus ejus usus , malumque ejus exercitium, concupiscentiali morbo læsa , & infirmata non poterat , nisi malum agere propter dominantem sibi libidinem. Nunc verò unà cum gratiâ ineffabili , & potenti delectatione suspendes , sistis , & coërces malum ejus usum.

Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum.... neque posse dissentire si velit... anathema sit. *Trid. Sess. 6. Can. 4. Vid. sup. pag. 91.*

Le dais.... la eficacia de levantarse, y tan eficaz , que aunque esté en su mano resistirse , ya no quiere resistirse; porque aquello con que se ha de resistir , ya Vos lo tenéis cautivo , apriisionado , vencido , y triunfado. *Ibid. cap. 26.*

Quod voluntati,  
&c.

Sola violentia ,  
&c.

*Libellus Gallicus.*

Vous tenéz cette puissance de transgresser votre loi liée & assujettie par la force de la victoire de votre grace.

§. 13.

*Hoc est.*

Das illi (animæ meæ) vim efficacem ad se erigendam , tamque efficacem , ut quamvis penes ipsam sit resistere , jam non velit resistere , quia illud , cum quo resistitur , jam captivum , in-

*Vi-*

Gratia verò lapsæ , ægrotæque voluntatis nullo modo in ejus relinquatur arbitrio , ut eam deserat , & arripiat , si voluerit , sed ipsa sit potius illa..... que invictissimè facit , ut velit , & à car-

*N 2 vo-*

carceratum, victum,  
& triumphatum te-  
nes.

voluntate non dese-  
ratur. *Ans. Lib. 2. de  
Grat. ut supr. c. iv.*

Præclara sanè re-  
sistendi facultas hic  
animæ relinquitur ,  
ubì id cum quo re-  
sistere possit capti-  
vum, incarceratum,  
victum , & trium-  
phantum tenetur.  
Quid est hoc aliud,  
quam Lectores per-  
fricta fronte deri-  
dere & contemne-  
re.

Nunca mas libre  
( mi voluntad ) que  
quando por cautiva  
lo está de vuestras  
misericordias. *Cap.  
2. pag. 15.*

Nunca mas li-  
bre, Dios mio ,  
que quando cautivo  
vuestro. *Cap. 5. pag.  
10.*

Gratiam Dei Au-  
gustinus ita victri-  
cem statuit , ut non  
rarò dicat , homi-  
nem operanti Deo  
per gratiam non  
posse resistere. *Cap.  
14.*

Interiori gratiæ  
in statu naturæ lap-  
sæ nunquam resisti-  
tur. *11. Prop.*

*Hoc est.*

*Libellus Gallicus.*

*Vide suprà Doctri-  
nam Ecclesiæ in princ.  
cap. iv.*

Numquàm est ma-  
gis libera (mea vo-  
luntas) quam quan-  
dò est captiva mi-  
sericordiarum tua-  
rum.

Numquàm sum  
magis liber Deus  
meus , quam quan-  
dò sum captivus  
tuus.

Divine Grace de  
mon Redempteur,  
que ta puissance est  
admirable ! que ta  
vertu est incon-  
nuë a l' esprit hu-  
main ! que tes ope-  
rations sont elevées  
au dessus de toutes  
nos conjectures , &  
de

O

O gracia divina de mi Redentor Di-vino, qué admirable es tu poder! O qué ocultos son tus medios al entendimiento humano! Qué superiores son tus operaciones á estas nuestras conjeturas, y razones naturales! O Salva-dor de los hombres, qué profundos son los modos con que obra vuestra virtud! Que nunca esté tan perfectamente libre nuestra voluntad, como quando libremente se halla cau-tiva de la gracia del Señor!:: Que nunca sea tan libre mi va-na naturaleza, como quando es llevada y cautiva de la gracia! Que nunca lle-gue á ser señora de sí misma, ni de sus acciones, como quando Vos, Señor y Criador mio, co-a un suave modo de rogar y de mandar, haceis, que ella quiera aquello que le conviene! Quan-do Vos reinais so-bre ella, reina ella. La S, y clavo que

de tous nos raison-nements! Sauveur des hommes que vos merveilles sont profondes, & ca-chées! notre volon-té ne veut jamais plus parfaitement, ni avec un principe plus interieur, plus conforme a sa na-ture & qui lui soit conjoint & vni plus etroitement; elle n'est jamais plus maîtresse d'elle mê-me & de ses actions, & ne se possede ja-mais davantage que lorsque vous la faîtes vouloir. Vous regnez sur elle sans violence, sans con-trainte, sans effort; mais par une paix victoriëuse, par vne douceur invincible, par une facilité tou-te puissante. §.14.

le poneis en el rostro para que sea vuestra sierva , es cetro que le poneis en la mano : es corona con que ceñís su cabeza para que sea Reyna y Señora de todo el imperio de las pasiones , antes desordenado, yá por vuestra divina gracia corregido, y moderado. Cap. 27.  
pag. 61.

*Hoc est.*

Oh gratia divina  
Divini mei Redem-  
ptoris, quām admirabilis est potentia  
tua ! quām superio-  
res sunt operationes  
tuæ conjecturis no-  
stris , & ratiociniis  
naturalibus ! Oh  
quām occultæ sunt  
viæ tuæ humano in-  
tellectui ! O Salva-  
tor hominum quām  
profundus est tuus  
operandi modus ! ut  
nostra voluntas nun-  
quām sit tām perfe-  
& libera , quām  
quandò se ipsam li-  
berē deprehendit ca-  
ptivam Gratiae Do-  
mini ; ut nunquām  
sit tām libera mea

Va-

vana natura , quām quandò à gratia ab- ripitur , & captiva- tur ; ut nunquam sui ipsius suarum- que actionum sit ma- gis Domina , quām quandò tu super ip- sam regnas , tunc illa regnat. Lupa- tus, & clavos, quem illi in os inseris , ut fiat serva tua , est sceptrum, quod illi in manu ponis , est corona , quā caput ejus cingis , ut sit Regina totius imperii cupiditatum anteā disordinati , tunc tandem tuā di- vinā gratiā refor- mati , & moderati.

*Libellus Gallicus,*

Nunca estamos mas sueltos , mas contentos, mas nues- tros , que quando vuestrlos. Nunca mas perfectamente obra- mos con libertad, que quando volun- tariamente segui- mos estos santos movimientos. En- tonces está mas en su fuerza y vigor nuestro alvedrio.... quando vuestra gra- cia victoriosa de

nues-

Nous ne sommes jamais plus libres, jamais plus con- tents , jamais plus à nous , & ne youlons jamais plus parfaitement , plus librement que lors- que nous sommes en la pleine & sou- veraine disposition de cette divine gra- ce , & qu' elle nous fait mouvoir selon toute sa vigueur & toute sa force. §.xv,

*Jan-*

nuestra naturaleza.  
...nos hace producir afectos pios y santos , logramos toda nuestra libertad : quando nuestro espíritu está todo en vuestras manos entonces estamos libres. *Cap. 28.*  
*pag. 65.*

*Hoc est.*

*Jansenius.*

Nunquàm sumus magis liberi , magis nostri , quàm quandò sumus tui. Nunquàm perfectiùs operamur cum libertate , quàm cum voluntariè sequimur hos tuos sanc-  
tos motus; tunc arbitrium nostrum omnem suam vim vi-  
goremque suum ob-  
tinet. Quandò tua gratia viçtrix nos-  
træ naturæ nos fa-  
cit producere affe-  
ctus pios & sanctos , tunc maximè tota  
nostra libertate frui-  
mur. Quandò spiri-  
tus noster totus est  
in manibus tuis , tunc maximè liberi  
sumus.

Quando mas ta-  
cantivais (mi voluntad)

Ex quo conser-  
taneum est, omnem  
omnino voluntat-  
em , quantumque  
ad unum determi-  
natam , nullà tali  
necessitate , quâ di-  
citur , necesse est,  
ut velit , desinere  
esse liberam , quia  
non desinit esse vo-  
luntas , qua non es-  
set , si nollemus :  
ergò ardenter , te-  
naciter , constanter  
velle , & ita velle,  
ut contrarium ejus  
velle non possit , est  
maximè velle... id-  
circò... maximè li-  
berum. *Lib. de Grat.*  
*ut sup. cap. VI.*

*Libellus Gallicus.*

C' est par l' en-  
tiere & continuelle  
sou-

tad) deteneis, y soumission, & par conteneis, la po- la pleine & totale neis en perfecta li- dependance ou vo- bertad. *Cap. 35. p. 36.* tre grace nous établit que notre liberté peut arriver a vne véritable per- fection. §. xviii.

*Hoc est.*

Quandò illam (voluntatem meam) magis captivas, detines, & cohibus, illam in perfectam libertatem constituis.

*Jansenius.*

Hanc efficacissimam, potentissimamque, hanc ineffabilem, & omnipotentissimam protestat in eo exerceri super voluntatem docet (Augustinus) quod ita à Dei spiritu rapatur, & agatur, ut ipsam voluntas vix agere intelligatur.... quod omnes operationes bonas, quantumcumque fiant, à liberâ voluntate, tribuere soleat Augustinus ipsi Deo, tamquam qui per voluntatem, ut per instrumentum, quod pro liberô suo beneplacito agit, impellit, flectit, vertit, inclinat, quoslibet motus ipsius voluntatis operetur. *Lib. 2. de Grat. ut sup. cap. 24.*

Omitto brevitatis gratiâ quamplurimos alios Textus, in quibus Illustrissimus Præsul doctrinam irresistiblem, & invictissimam gratiæ repetit, renovat, & tamquam certissimam commendat, ac prædicat.

Genuinus, & obvius sensus quinque horum posteriorum Textuum, detractis ambagibus, inflatisque verbis, quibus larvâ quadam ementita pietatis vestiuntur, hic est scilicet.

Voluntas mea nunquam magis est libera; nunquam tamen perfectè libera, quam quando est captiva, quam quando est captivata, victa, incarcerata, & triumphata à Divinâ Gratia, & ita triumphata ut id, cum quo posset resistere, sit ab eâdem gratiâ ligatum, incarceratum, & ad impossibilitatem resistendi redactum.

Hoc est, numquam est magis libera, quam quando nullo modo est libera.

Hujusmodi libertatis speciem nullibi reperies, nisi ad Machæorum, Lutheri, Calvini, & Jansenii scholas confugiens.

Quartam Censoris accusationem examini modò subjiciamus. Sed quod magis procedit oratio, eò magis ipsius & malitia simul & inscitia manifesta apparet. In hoc igitur capite Palafoxium Censor accusat, quod libertatem sub gratiâ sustulerit, & quod gratiam asseruerit voluntati necessitatem imponere. Quisquis sine partium studio non inquam ea legerit, quæ ex Palafoxio sub initium attulimus, sed eamet testimonia, quæ ipse Censor adducit, nihil tale scriptum reperiet: immò sæpè oppositum leget. Vide allegata Vener. Episcopi verba, in quibus

Deum

Deum alloquens ait: „Non quòd tunc mihi  
„libertatem auferas: das animæ meæ vim ef-  
„ficacem ad se erigendam , ut quamvis pe-  
„nes ipsam sit resistere, non velit, &c. „ Et  
alibi sæpè similia reperies , in quibus gratiam  
non adimere libertatem , & resistendi poten-  
tiam relinquere , rotundis verbis fatetur. Sed  
vide Censoris effrontem petulantiam! Sæpè  
clarissimis Vener. Episcopi verbis falsum , at-  
que ab auctoris mente omnino alienum sen-  
sum affingit , ut dicat illum errâsse.

Verum quidem est , quòd in totâ suâ  
Pastorali magnis encomiis vim & efficaciam  
divinæ gratiæ Vener. Dei Servus extollat ;  
sed nemo illa veritatem excedere dixerit , qui  
eadem & majora legerit in Augustino , cu-  
jus ille verborum sensum sæpè transcribit.  
Augustinus profectò gratiam vocat , lib. de  
Grat. Christ. cap. 24. *Internam, occultam, mi-*  
*rabilem , ac ineffabilem potestatem , qua Deus*  
*operatur in cordibus hominum.* Cap. 35. *Inspi-*  
*rationem luminosissimæ , ac flagrantissimæ cha-*  
*ritatis.* Lib. 4. cont. Jul. cap. 8. *Omnipotentis-*  
*simam voluntatem.* Lib. 1. cont. duas epistol.  
Pel. cap. 2. *Occultissimam , & efficacissimam*  
*voluntatem , & potestatem , quæ convertit , &*

transfert corda hominum ab indignatione ad lenitatem. Addit. lib. 1. de corr. & grat. cap. 8. Deus hominem peccatorem occultissimā, & potentissimā medicinæ suæ potestate perducit. Epist. 217. num. 24. Cum voluntates hominum omnipotentissimā facilitate convertit, ac volentes ex nolentibus facit, non est dubitandum voluntati Dei humanas voluntates non posse resistere, quominus faciat ipse quod vult: quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus, quod vult, cum vult, facit sine dubio, habens humanorum cordium inclinandorum omnipotentissimam potestatem. Passim consimiles loquendi modos in Augustino reperies, quibus omnino consonant Ven. nostri Episcopi dicta.

Præstat autem, ut hīc leviter insulsissimas aliquas Censoris calumnias attingamus, ut hīc magis magisque perversa ipsius indoles patescat. Reprehendit in Ven. Episcopo hæc verba. „Gratia tua nobis dat ipsum „posse, nobis dat ipsum operari. „ Hæc quidem verba meritò reprehenderet Pelagius, cui tantum displicuit celebris illa Augustini precatio: Domine, da quod jubes. At nescio quid in iis reprehendere possit qui Catholicus videri vult, qui legit apud Apostol.

ad

ad Philipp. 2. „Deus est qui operatur in nobis velle & perficere pro bonâ voluntate: „& apud Augustinum *de grat. & liber. arbitr. cap. 32.* Ille facit ut velimus.... ille facit ut faciamus, præbendo vires efficacissimas voluntati. *Et de dono persever. cap. 37.* „Deus in nobis operatur & velle, Deus in nobis operatur, & operari pro bonâ voluntate. „ Deindè affert Censor Hispanica auctoris verba.... *Que no debe (mi voluntad) resistirse, y si vos quereis, ni sabe.* Quæ ita in latinum transfert .... *ut illa (mea voluntas) non debeat, nec, si velis, valeat resistere.* Quisque videt mala fide corruptam translationem, cum dicere debuisse: *nec, si velis, sciat resistere:* quod idem est ac *nolit resistere.* Voluti si dicerem: hic noster Censor *nescit non mentiri*, non equidem sensus esset, quod Censor *non possit non mentiri*; posset utique, si vellet, suam perversitatem agnoscere, resipiscere, & ad meliorem frugem redire: sed sensus est quod ex suâ malitiâ abstractus, & pulsus in præceps, *nolit non mentiri.* Sensus deindè, quem in sequenti adnotatione, ait Censor obvium esse prædictorum verborum, bene obvius esse potest, sed volenti dumta-

xat utcumque calumniari , & exosam sibi alienam virtutem canino dente dilacerare. Mox iniquus Censor Vener. Episcopum carpit , eò quòd dixerit.... „Te (Domine) face „re omne quod vis , quia es Omnipotens , & „non est qui tibi resistere , aut se tibi oppo „nere possit : „ Hic Censor palam blasphemmat. Quid? Negat ne Deum facere omne quod vult ? *Omnia quæcumque voluit fecit* , dicitur in *Psalm. 113.* Negat ne Deum esse omnipotentem ? Nùm ad Atheos discessit ? Si Christianus est , proferat citò Fidei symbolum: *Credo in Deum Patrem Omnipotentem.* Negat ne tandem nullum Deo resistere posse ? Audiat Apostolum ad *Rom. 9. 19.* *Voluntati ejus quis resistit ?* Quæ verba vel ex suo profert Apostolus , tanquam axioma ab omnibus concessum ; vel saltèm sibi objecta approbat , & suâ responsione confirmat. Audiat etiam Mardochæum , cuius verba exscripsisse videtur Palafoxius sic orantem: Ester cap. 13. *Domine Rex omnipotens , in dictione tuâ cuncta sunt posita , & non est qui possit tuæ resistere voluntati.*

Sed graviores adhuc succedunt contra Palafoxium accusations , & paulò post acu-

tulus noster Censor objectat Vener. Episcopo  
damnata propositionem : *Interiori gratiæ  
nunquam resistitur.* Hinc ut reum agat suum ad-  
versarium, ex Scripturis, ex Concil. Trident.  
ex Ecclesiæ Definitionibus, & ex Augustino  
probare conatur, quod interiori gratiæ ali-  
quando resistatur. Sed adeò ne bardus, & sti-  
pes est Censor, adeòne in Theologiâ novi-  
tius, ut ignoret, gratiam quandoque esse in-  
efficacem (quam quidam in scholis sufficien-  
tem vocant) quandoquè verò efficacem? Gra-  
tiæ inefficaci voluntas humana resistit ; effi-  
caci non resistit, dicente de hac August. lib.  
de *Prædest.* SS. c. 13. *Hæc itaque gratia à nullo  
duro corde respuitur: ideò quippè tribuitur, ut cor-  
dis duritia primitùs auferatur.* Profectò qui di-  
ceret, in hoc infirmitatis statu nullam dari  
gratiam non efficacem, contradiceret Scrip-  
turæ, Concil. Trid. definitionibus Ecclesiæ,  
& Augustino quoquè, sèpè hujusmodi inef-  
ficacem gratiam asserenti, quam ipse vocat  
*parvam & invalidam:* de *Grat.* & lib. arb. c. 17.  
At inutilia sunt hæc arma ad expugnandam  
efficacis gratiæ vim, cui exceptis Molinæ gre-  
galibus, omnes Theologi fatentur humanam  
nunquam resistere voluntatem. De hac porrò  
ef-

efficaci gratiâ loquitur in suâ Pastorali Ven. noster Episcopus , & benè , & catholicè , ac piè dicit cum August. illam vincere omnem humani cordis duritiem, vincere carnis voluntatem contraria concupiscentem , animo imperare , de hominis voluntate triumphare , ligare , & coercere in adversum obtinentem concupiscentiam , nec illi ab humanâ voluntate unquam resisti.

At inquiet forsà morosus Censor : Eccùr inefficacis quoquè gratiæ nusquam meminit Palafoxius , ne illam videretur denegasse , & Jansenistis adhærere ? O sanè præclarum virum ! Anne Ven. Episcopus in suâ Pastorali Theologicam de gratiâ disputationem instituit ? Hæc epistola , ut sæpè diximus , precatiōnem ad Deum continet , deque modo bene precandi populum informat . Nunquid aliquando inefficacem à Deo gratiam quisquam petiit ? Vix aliquis fortassè de grege Molinæ , qui vel parum sit de gratiâ Dei solitus , ut potè qui in suis viribus spem reposuit ; vel quamlibet licet minimam gratiam sibi ad reapse agendum putaverit esse idoneam , ita precaretur . At qui in Scripturarum , atque August. doctrinâ sunt enutriti , qui que Deum

exorantes, quam Ecclesia proponit precandi formam imitari student, gratiam à Deo petunt, quæ det posse & velle, velle & operari, quæ faciat ut faciamus, quæ spiritum nostrum renovet, quæ nos à peccatorum vinculis expediat, quæque tandem voluntates nostras etiam rebelles ad Christum venire compellat: uno verbo: Catholici omnes gratiam petunt efficacem; & hanc efficacem gratiam, quam Deum exorando petebat Palafoxius, unicè commemorat, & commendat.

Sed adhuc crocitat noster Censor, & Ven. Episcopum condemnat, quòd dixerit: „Sicut „tenebræ radiis lucis fugantur, sic peccatum „divinâ gratiâ fugatur. „ Risum teneatis amici. Nonne ridendæ istæ sunt gerræ, quibus nescio an iniquus Censor velit indoctis imponere, vel suam potius malitiam doctis ostentare? Ergò dum David orabat, Psalm. 17. *Deus meus illumina tenebras meas*, Jansenista prorsùs erat, & liberum negabat arbitrium; quia juxta putidam ridiculi Censoris adnotationem, sicut tenebræ non possunt luci resistere, sic David credebat se divinæ illuminationi resistere non posse. Quò calumniatores præcipites agit ignorantia cum cordis

perversitate conjuncta! Peccatum (audiat Censor) est debitæ rectitudinis parentia, sicut tenebræ sunt parentia lucis; & sicuti cessant tenebræ adveniente luce, sic peccatum deletur vel immediate per advenientem sanctificantem gratiam, vel mediately per gratiam efficacem, quæ peccatorem ad Deum convertit. Quapropter sæpiissimè in scripturis peccatum tenebris, ac divina gratia luci tenebras dispellenti comparatur, quarum loquendi modum optimè hic Palafoxius imitatur:

Tandem contra Vener. Episcopum baccantium more invehitur Censor, eò quod dixerit: „Se tunc esse magis liberum, quando erit Dei captivus. „ Scilicet juxta sensum Ven. Episcopi, se tunc majori libertate gaudere, quando à Dei gratiâ efficaci erit elevatus, adjutus, & potentè suffultus. Quot ridicula, quot absurdâ ad hanc rem congerit Censor! Sed Palafoxius illud idem ait, quod dixerat Apostolus ad Rom. 7. qui post descrip-  
tam miseram servitutem, in quâ per peccatum jacebat, addit: *Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Et statim subjungit: *Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum.* Audin' hominem sine gratiâ esse quasi in corpore mor-

mortis, & vix libertate gaudere; liberari autem, sive in libertatem asseri per Dei gratiam? Hoc idem Christus dixerat: Joann. 8. 36. Si ergo vos Filius liberaverit, verè liberi eritis. Eodem sensu dixit August. tract. 41. in Joann. num. 10. *Prima est ergo libertas carere criminibus, cum cæperit ea non habere homo, incipit caput erigere ad libertatem.* Et in Enchir. cap. 28. *Oportebat priùs hominem fieri, ut & benè velle posset, & malè, nec gratis, si benè; nec impunè, si malè. Postea verò sic erit, ut malè velle non possit: nec ideo libero carebit arbitrio. Multò quippe liberius erit arbitrium, quandò omnino non poterit servire peccato.* Vides igitur arbitrium sub peccato, esse per Scripturas & Augustinum arbitrium ligatum, captivatum, & in servitudinem redactum; arbitrium expers peccati, incipere gaudere libertate; arbitrium verò quod peccare non potest (quod eveniet in cœlesti patriâ) arbitrium esse perfectè liberum. Hic idem sensus est verborum Vener. Episcopi, Sacris Scripturis, & Augustino in omnibus consonus, quem obtusa Censoris acies penetrare nequivit.

## CAPUT V.

*De cooperatione hominis in negotio salutis.*

*Nota.* Quamvis præcedentia capita satis superque , nisi nostra nos fallit opinio , demonstret Doctrinam Illustrissimi Præsulis de humanæ voluntatis in negotio salutis cooperatio-ne , omnino conformem esse Doctrinæ Jansenii , nullamque admittere , neque etiam admittere posse humanæ salutis coo-perationem in negotio salutis; attamen ne minimus de adeò gravi accusatione dubitandi sit locus , placet in hoc V. Capite , non omnes quidèm textus (alioquin tota & integra exscriben-da esset Pastoralis Epistola ) sed aliquot tantum in medium proferre , quorum vel perfunctoriâ lectione manu ipsâ , ut ita dicam , palpabitur , Pastoralem Illustrissimi Præsulis Episto-lam omnem omnino voluntatis humanæ in negotio salutis co-operationem è medio tollere.

## ECCLESIAE.

Si quis dixerit lib-  
erum hominis ar-  
bitrium à Deo mo-  
rum , & excitatum  
nihil cooperari as-  
sentiendo Deo ex-  
citanti ; Anathema  
sit. *Trid. Sess. vi.*  
*Can. 4.*

## VEN. PALAFOX.

Vuestra divina  
gracia , ó gran Dios  
mío , ha de ser el  
principio , el pro-  
greso , y la perse-  
verancia de mis  
obras y deseos. Esta  
es la que ha de pro-  
ducir en mí todos  
mis buenos pensa-  
mientos , todas mis  
buenas acciones , to-  
das mis buenas pa-  
labras. Yo he de  
poner , Señor , en  
esta compañía el  
recibirlo , y Vos el  
darlo: Vos el ofre-  
cerlo , yo admitirlo , &c. cap. 3. p. 7.

Si

## JANSENII.

*Libellus Gallicus.*  
Il faut Seigneur ,  
que votre grace sou-  
veraine & victo-  
rieuse , me previen-  
ne , m'accompagne ,  
me suive , me pe-  
netre , me remplisse .  
Il faut que ce soit  
cette divine grace  
qui fasse le com-  
mencement , le pro-  
grés & la perseve-  
rance de la fidélité  
que je vous dois. Il  
faut qu'elle produise  
en moi toutes  
mes bonnes pensées  
& toutes mes bon-  
nes oeuvres. §. 2.

Hoc

Jan-

*Hoc est.**Jansenius.*

O summe Deus meus, necesse est ut divina tua gratia sit principium, progressus & perseverantia meorum operum & desideriorum.

Hæc ea est, quæ debet producere in me omnes meas bonas cogitationes, omnes meas bonas actiones, omnes meos bonos sermones. Domine in hoc consortio meum est recipere, tuum est dare, tuum est offerre, meum est admittere.

O divina caridad! Vuestro es el obrar en nosotros, nuestro es el obrar contra Vos; y quanto obramos en vuestro servicio, á Vos lo debemos todo.

*Cap. 4. pag. 8.*

Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti... sed verum in anime quod-dam, nihil omnino agere, merèque passivè se habere; Anathema sit. *Conc. Trid. Sess. vi. Can. 4.*

*Viam*

Docet Augustinus frequentè id, quod sine apertâ impietate negari nequit, postquam humana natura in peccati infirmitatem

præcipitata est, jam nihil omnino in homine boni esse posse, ne nutum quidem voluntatis, aut studium, aut conatum, nisi homini detur non solum illum facere posse, si velit, sed nisi ei hoc ipsum quid boni ab ipso fit, gratiâ largiente donetur. *Lib. 2. de Grat. Cbr. Salv. cap. 23.*

*Libellus Gallicus.*

Divine charité, vous devéz operer en nous tout notre merite. §. III.

*Jansenius.**Hoc est.*

O Divina charitas, tuum est operari in nobis, nostrum est operari contra te: Quod operamur in tuo servitio, illud totum tibi debemus.

*Es-*

Quòd omnes operations hominis bonas quantumcumque fiant à liberâ voluntate, tribuere soleat Augustinus ipsi Deo, tanquam qui per voluntatem, ut

Viam veritatis ele-  
gi. *Psal. cxviii. v. 30.*

Cogitavi vias  
meas, & converti  
pedes meos in tes-  
timonia tua. *Ibid.*  
*vers. 59.*

Inclinavi cor  
meum ad faciendas  
justificationes tuas.  
*Ibid. vers. 112.*

Esta gracia . . . .  
cria en nosotros  
aquellos con que os  
servimos.

*Hoc est.*

Ista gratia creat  
in nobis id cum quo  
tibi servimus.

Si creatur in no-  
bis id, cum quo Deo  
servimus, manifes-  
tum est nullam esse,  
nec esse posse nos-  
trum cooperatio-  
nem, & verè quod  
creatur nullâ nostrâ  
cooperatione crea-  
tur.

ut per instrumen-  
tum, quod pro libe-  
ro suo beneplacito  
agit, impellit, ver-  
tit, inclinat, quo sli-  
bet motus voluntati-  
s operetur. *Lib. 2.*  
*de Grat. ut sup. c. 24.*

Hæc est vera ra-  
tio cur Augustinus,  
quandò de bonis a-  
ctionibus, & volun-  
tatis lapsi homini-  
nis tractat juxta scri-  
pturas sacras, nihil  
omniñ boni quan-  
tumvis exiguum,  
quod cum Deo par-  
tiri velle possemus,  
à gratiâ donante  
subtrahi sinat. *Lib.*  
*2. de Grat. Christ.*

*Salv. cap. 23.*

Ex quo & alia radix  
detegitur, cur de-  
terminatio voluntati-  
s hic, & nunc ad  
operandum potius,  
quam non operan-  
dum, non possit  
soli voluntati tri-  
bui, pro ut re-  
centiores quidam  
tribuunt, quia hoc  
manifestè esset lau-  
dem boni operis,  
bonaque voluntatis  
partiri cum Deo.  
Hoc autem impium  
esse ex eò patet,  
quod

Si per te imple-  
res totum, non esset  
necessarius adjutor.  
Rursus si tu ipse  
tuâ voluntate nihil  
ageres, non voca-  
retrum adjutor: ad-  
jutor enim ad ali-  
quid agendum adju-  
vat. *Aug. Enarr. in*  
*Ps. 80. Exultate Deo*  
*adjutori nostro.*

Non ego autem,  
sed Gratia Dei me-  
cum. *Prim. Corinth.*  
*xv. 9c. vers. 10.*

Quién pone toda la  
costa, ó Gran Dios  
mío, en mi salva-  
cion, sino Vos, au-  
tor de todo mi bien?  
Qué pongo yo, si-  
no repugnancia, y  
resistencia á vues-  
tras inspiraciones?  
Quando bien ponga  
obras buenas, á  
quién se debe el po-  
nerlas? Todo el cau-  
dal es vuestro, Dios  
mío, en esta espiri-  
tual compania: Yo  
pongo las llagas,  
Vos la medicina: yo

Utrum-

la

Utrumque ergò nostrum est propter arbitrium voluntatis... Utrumque ipsius (Dei) est, quia ipse præparat voluntatem, & utrumque nostrum est quia non fit, nisi volentibus nobis.  
*Aug. lib. 1. Retract. cap. 23.*

la muerte, Vos la vida: yo las culpas, Vos la gracia. Porque aunque es verdad que yo obro todo aquello que Vos me mandais que en lo bueno obre... pero Vos me dais el saberlo obrar, el poderlo obrar, el quererlo obrar, y el obrarlo; y todo lo debo á Vos, ó liberal compañero. *Cap. 51. p-*

quòd post lapsum hominis tota laus bonæ voluntatis, atque operis in solam gratiam referenda sit. *Lib. 2. de Grat. ut sup. cap. 22.*

*Hoc est.*

*Calvinus.*

Quis facit omnem impensam, ó summe Deus meus, in salute mea, nisi tu auctor totius mei boni! Quid ego ponno, nisi repugnatiā, & resistentiā inspirationibus tuis! Quanvis enim ipsas bonas affectiones ponam, cui debetur illum ipsas ponere? In hoc consortio tota vis, & efficacia tua est. Ego pono plagas, Tu medicinam; Ego mortem, Tu vitam; Ego peccata, Tu gratiam: nam quamvis verum sit

Omnis bonorum operum partes à primo motu Dei sunt, & si qua esset ex nobis vel minima facultas, aliqua esset merito portio. *Lib. 2. Institut. cap. 3.*

Non dubitemus nostris voluntatibus, aut studiis nihil relinquere. *Ibid. lib. 3. cap. 24. §. 1.*

Duo errores hic cavendi sunt, quia nonnulli cooperium faciunt Deo hominem, ut suffragio suo ratam electionem faciat. *Ibidem §. 3.*

*Idem*

me

*Li-*

*Libellus Gallicus.*

O heureuse disposition de votre providence ! o profondeur incompréhensible de votre sagesse ! l'espérance de notre salut ne pouvant avoir aucun appui, ni sur le droit, ni sur la force, ni sur le mérite de la créature,

vous lui donnèz un fondement toujours inébranlable, vous l'établissons immuablement & pleinement sur vous même : elle est toute fondée sur votre miséricorde infinie. §. 26.

Idem S. Doctor explicans verba ista S. Jacob. 1. v. 17. *Omne datum optimum.* Sic ait:

Sine quo nihil possumus facere, sed in nobis facit opera, non tamen omnino sine nobis, cooperatoratores quidem Dei sumus, sicut dicit *Apostolus. 1. Corint. 3. versi. 9.*

Vult siquidem Deus ut eum oreamus, & venienti, & præstolanti ad ostium, aperiamus sinum voluntatis nostræ, & ei consentiamus. Hunc consensum exigebat à Samaritanâ, voca virum tuum, volo tibi infundere gratiam, tu applica liberum arbitrium.

*Aug. lib. de Scal. Parad. cap. 10.*

Qui

780

Ba-

## ECCLESIAE.

Qui reddit unicuique secundum opera ejus. *Rom. 2. 6.*

Unusquisque autem propriam mercem recipiet. *I. Corinth. 3. 8.*

Ideoque reposita est mihi corona justitiae, quam reddit mihi Dominus iustus Judex. *2. Timot. iv. 8.*

Nonne evidens est meritorum aut præmium, aut supplicia post mortem manere? *Amb. lib. i. de Offic. cap. 15.*

Stipendium justitiae, vita æterna, & verum est, quia sicut merito peccati tamquam stipendum redditur mors ita merito justitiae tamquam stipendum vita æterna. *Aug. Epist. 105. ad Sextum.*

Dicitur ad Hebræos xi. 33. Sancti per fidem vice-runt regna, adepti sunt repromissiones, quod non esset, nisi credendo

me-

## VEN. PALAFOX.

*Hoc est.*

O felicem providentiam tuæ dispositionis! O profundam incomprehensibilitatem sapientiae tuæ! Quod cum omnis nostra salus nullum habere possit fundamentum in iure nostro, neque in ipsa vi justitiae nostræ, neque in merito puræ creaturæ; Tu misericors Domine mi, dedisti illi (salutem) fundæmentum securum immobile, indubitatum, immutable, & cujusque alterationis substantialis, sive accidentalis incapax, illudque est bonitas tua, & misericordia plusquam infinita.

Ha-

## JANSENII.

*Bajus.*

In redemptis per gratiam Christi nullum inveniri potest bonum meritum, quod non sit gratis indigno collatum. *Prop. 8.*

*Jansenius.*

*Vide supra pag. 118.  
Ex quo & alia.*

*Quesnellus.*

Fides, usus, augmentum, & præmium fidei totum est donum puræ liberalitatis Dei. *Proposit. 69.*

Li-

mererentur. Ergò ipsum credere est meritorium. *S. Thomas*, 2. 2. *Ques. 2. art. 9.*

Si quis dixerit hominis justificati opera ita esse Dei dona, ut non sint etiam bona ipsius justificati merita: aut ipsum justificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Jesu Christi meritum, cuius vivum membrum est, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitaæ æternæ (si tamen in gratiâ discesserit) consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum; Anathema sit. *Trid. Sess. vi. Can. 32.*

Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. *Rom. iv. 4.*

Justi autem in perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum. *Sap. 5. 16.*

Haced, Dios y Señor mio, que toquemos con las manos . . . que todo nuestro bien es vuestra gracia . . . que toda nuestra corona es vuestra misericordia, y que de sola ella nace la remuneracion de vuestra justicia á las obras, que con vuestra gracia hacemos. *Cap. 6. pag. 12. 13.*

*Hoc est,*

Fac Deus, & Salvator meus, ut manibus ipsis tangamus omne bonum nostrum esse gratiam tuam, omnem coronam nostram esse misericordiam tuam, & ex illâ solâ nasci remunerationem, quam reddit justitia tua operibus quæ cum gratiâ facimus.

*Jansenius.*

Gratia est nobis omne meritum. *Lib. 2. de Grat. ut sup. cap. 10.*

*Quesnellus.*

Fides, usus, & præmium fidei totum est donum puræ liberalitatis Dei. *Prop. 69.*

*Calvinus.*

Non dubitemus nostris voluntatibus aut studiis nihil relinquere. *Instit. lib. 3. c. 24. §. 1.*

Duo errores hic caverdi sunt, quia nonnulli cooperium

*Libellus Gallicus.*

Divine charité, vous devéz operer en nous tout nôtre merite. §. 3.

Faites nous connoître combien cette grace nous est nécessaire en toutes rencontres & combien elle nous oblige de vous rapporter toute la gloire de nos bonnes actions. §. 4.

*Cap. 6. pag. 12. 13.*

*Hoc est,*

*Jansenius.*

Gratia est nobis omne meritum. *Lib. 2. de Grat. ut sup. cap. 10.*

*Quesnellus.*

Fides, usus, & præmium fidei totum est donum puræ liberalitatis Dei. *Prop. 69.*

*Calvinus.*

Non dubitemus nostris voluntatibus aut studiis nihil relinquere. *Instit. lib. 3. c. 24. §. 1.*

Duo errores hic caverdi sunt, quia nonnulli cooperium

*Agmen claudat  
Gonetus.*

Dicendum de ob-  
jecto meriti ... Et  
i. de Gloriâ , seu  
de vitâ eternâ , quam  
de fide certum est ,  
nos per bona opera  
in gratiâ & charita-  
te facta aliquo mo-  
do de condigno pro-  
mereri , cum illa in  
Scripturâ , merces ,  
bravium , corona  
justitiæ , denarius  
diurnus , aliisque  
nominibus , quæ in-  
ter homines debi-  
tum & obligatio-  
nem justitiæ signi-  
ficant , nuncupetur .  
Hoc ut dixi , de fi-  
de certum est apud  
omnes Catholicos .  
*Clyp. Thom. tom. 4.  
disp. 2. art. 5. pag.  
185. 2. 119.*

rium faciunt Deo  
hominem . *Ibid. §. 3.*

Omnis bonorum  
operum partes à  
primo motu Dei  
sunt , & si quâ est  
ex nobis vel mini-  
ma facultas , aliqua  
esset meriti portio .  
*Ibid. cap. 8.*

Nihil laudis re-  
fundi ex bono , sed  
totum Deo tribuen-  
dum . *In Antid. Sess.  
v. Conc. Trid.*

Hæc satis sint . Nunc verò utrûm lectâ , seriò meditatâ ,  
attentèque perpensâ hac tripartitâ collatione , remoto pravo  
partium æstu , soliusque gloriæ Dei , & Sanctæ Sedis Aposto-  
licæ habitâ ratione , utrûm inquam , de Illustrissimo hoc Præ-  
sule idem dici possit , quod olim Hieronymus de Tertulliano  
flens dicebat , scilicet illum Ecclesiæ hominem non fuisse  
(1) non nostrum est decernere , sed illius , quem Deus consti-  
tuit suæ Sanctæ Ecclesiæ Pastorem , Prædicatorem Orthodo-

(1) *Tom. 2. advers. Helvidium pag. 10. lit. B. Romæ in edi-  
bus Pop. Rom.*

xum , Orthodoxæ veritatis basim , & petram immobilem fidei , cujusque est omnem hæreticam doctrinam reprobare , & præcidere . Id unum nobis liceat dicere . Quicumque vult esse , & censeri homo Ecclesiæ ante omnia opus est , ut teneat Catholicam fidem , clamante Apostolo Hæbr . XI. 6.

*Sine fide impossibile est placere Deo.*

Brevitè me expediam in quintâ calumniâ refutandâ , in quâ ineptus Censor per summam impudentiam Palafoxium carpit , quòd nec nostræ quidèm voluntatis coöperationem cum divinâ gratiâ admittat . Quapropter Venerabilem Episcopum , quem ha-  
etenùs veluti Jansenistam traduxit , nunc ad Calviniana castra detrudit . Sed quibusnam argumentis innixus tam gravem accusatiōnem producit ? Quid argumenta queris ? Non illa quidèm in Palafoxio reperies , sed in ipso Censore ; mentis scilicet obcœcationem , cor-  
dis perversitatem , animum odio & furore abreptum , & summam frontis impudentiam . Quod ut clariùs noscas , ecce tibi tam seve-  
ræ censuræ aërea fundamenta . Dixerat Pala-  
foxius , quòd gratia sit principium , progres-  
sus , & perseverantia bonorum operum : quòd illa producat in nobis bonas cogitationes , &  
bonas actiones : quòd Dei sit dare , nostrum  
verò sit recipere . Hæc & similia sàpè repe-  
tit

tit in textibus à Censore allegatis. Sed peto  
 à Censore an nostris viribus sine Dei gratiâ  
 aliquod bonum opus incipere possimus? Nes-  
 cio quid responsurus sit Censor: Catholici  
 verò id contra Semipelagianos negant. Ergò  
 verum est, gratiam esse principium bono-  
 rum operum. Peto ulterius, an sine Dei gra-  
 tiâ bonum opus perficere, atque in bono  
 perseverare possimus? Non expectatâ Cen-  
 soris responsione, scio id à Catholicis con-  
 tra Pelagianos negari. Ergò gratia est pro-  
 gressus & perseverantia bonorum operum.  
 Id est: gratia nobis dat, ut bona opera inci-  
 piamus, ipsa perficiamus, in ipsis persevere-  
 mus. Hinc ajebat Paulus ad Philipp. 16.  
*Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in*  
*Diem Christi Jesu, &c.* Sed ne Breviarum qui-  
 dèm unquam legisse videtur ineptus Censor,  
 in quo Ecclesiæ preces invenisset, quas Pa-  
 lafoxius imitatur. *Gratia tua nos semper &*  
*præveniat, & sequatur; & sæpissimè legisset*  
*eas precandi formulas: da nobis, Domine, tri-*  
*bue nobis, concede nobis, fac, Domine, quæsu-*  
*mus, &c.* Si ergò Deus dat, homo recipit:  
 Dei ergò est dare, & nostrum recipere. Sic  
 pariter Apostolus docet ad Philipp. 2. 13.

*Deum*

*Deum operari in nobis velle & perficere, & Augustinus sæpè bona opera nostra vocat dona Dei. Quid ergò sibi vult insulsissimus iste Censor? Velle sanè scire, quomodò Deum ille alloqueretur, si vellet aliquando precari? Nempe qui Palafoxii dicta condemnat, opus est ut approbet contraria. Diceret ergò: „O „Summe Deus, non est tua gratia, neque „tu es principium, progressus, & perseve- „rantia meorum operum bonorum, sed hæc „habeo ex me: neque tua gratia producit „meas bonas cogitationes, meas bonas actio- „nes: Si tu mihi das, & ego aliquid do, nec „tu solus offers, sed & ipse aliquid offero. „O dignam sanè Pelagio orationem! Sed quis prior dedit illi, & retribuetur ei, inquit Apostolus ad Rom. 11. 35. cuius tamen voces surdæ Molinistarum aures non auscultant.*

At inquit Palafoxius: „tuum est operari „in nobis, nostrum est operari contra te. „Nihil ergò homo cooperatur ad bonum. O stulta consequutio. Benè ait Vener. Episcopus cum Apostolo, quod Deus operatur in nobis; & benè rursùs ait, quod nos sine auxilio gratiæ operamur contra Deum. Immò etiam dùm gratiâ adjuvamur, sæpè aliquo pac-

pacto contra Deum operamur, quia à pondere concupiscentiae præpediti, ex parte irritam Dei gratiam reddimus, ut non totum illud bonum operemur, ad quod à divinâ gratiâ excitamur. Sed adverte sequentia Palafoxii verba: „Quod operamur in tuo servitio, „illud totum tibi debemus. „ Audin' stulte Censor illud *operamur?* Quomodo ergò negat nostram cooperationem, qui ait nos *operari?* Sed benè dicit, id totum nos Deo debere, quia sine Dei gratiâ nihil boni in Dei servitio possumus operari.

Pergit adhuc Censor, & afferens hæc verba Palafoxii: „Ista gratia creat in nobis id, „quo tibi servimus, „statim acutissimâ suæ mentis acie advertit, omnem nostram cooperationem à Vener. Episcopo fuisse de medio sublatam; nam inquit: *quod creatur, sine ullâ nostrâ cooperatione creatur.* Quàm subtilis, quàm profunda cogitatio! Nunc aëtum est de Palafoxio, & velit, nolit, Calvinista audiri debet: sed non magis quàm David, qui oravit *Psalm. 50. Cor mundum crea in me Deus.* Quærebat scilicet cor mundum, & illud à Deo ex integro creatum expectabat si ne ullâ suâ cooperatione. O ineptas, atque im-

importunas calumniari volentium nugas! Creat in nobis Deus cor mundum, dum nobis mundos & castos affectus inspirat: creat id, quo illi servimus, dum nobis inspirat Fidem, Spem, & Charitatem, quibus juxta Augustini dicti, illi servimus. Et benè dicitur creare (qua voce non semel Scripturæ utuntur) quia sicut creatio est rei productio ex nihilo, sic ex nullâ in nobis præexistente mundicie, ex nullâ præexistente charitate, ponit Deus per suam efficacem gratiam in nobis affectus mundos, & castam dilectionem. Sed quoniam isti affectus, hæc sancta Dei dilectio, sunt animæ actus vitales, ab animâ utique producuntur, efficaci tamen Dei gratiâ adjutâ, & suffultâ. Sed audiamus ipsius Palafoxii verba à Censore relata: *Quamvis verum sit me facere id omne, quod mihi præcipis facere in bono opere (quomodo, inepte Censor, non cooperatur qui facit?) æquè verum est, te mihi dare scire illud facere, velle illud facere, & illud ipsum facere.* Quàm benè hic Vener. Episcopus repetit Augustini dicta de grat. & lib. arbitr. cap. 16. *Certum est nos velle cum volumus: sed ille facit ut velimus bonum. Certum est nos facere cum facimus, sed ille fa-*

facit ut faciamus, præbendo vires efficacissimas  
voluntati. Et de dono persever. cap. 13. Nos  
ergò volumus, sed Deus in nobis operatur & vel-  
le. Nos ergò operamur, sed Deus in nobis opera-  
tur & operari. Quod antea ipse Dominus di-  
xerat per Ezech. cap. 36. in celebri illo tex-  
tu: *Dabo vobis cor novum, & spiritum novum*  
*ponam in medio vestri, & faciam ut in præcep-*  
*tis meis ambuletis, &c.* Sed insuper peto à  
Censore, qui sæpè ex suo penū explicat Pa-  
lafoxii verba, ut proferat quid sibi ille velit  
dum ait: *Tuum est offerre, meum est admitte-*  
*re?* Quæro, nùm qui admittit oblatam à Deo  
gratiam, cooperetur? Lubentèr profundam  
& subtilem aliquam Censoris distinctionem  
audirem, ad hujusce textūs vim elevandam.  
Sed mentiatur pro posse iniquitas sibi, do-  
ctus quisque haud dubius hæredit in affir-  
mando Palafonium in omnibus benè, catho-  
licè, ac piè scribere, Censorem vero desipe-  
re, mentiri, & calumniari.

Objicit tandem Censor (nam plura le-  
viora omitto, cùm me jam tædeat diutiùs in  
hisce ineptiis immorari) quòd dicat Vener.  
Episcopus, Deum facere omniem impensam  
in nostrâ salute. At audierat ille Augustinum

dicentem , lib. de don. persever. cap. 6. *Tutiores vivimus , si totum Deo damus; non autem nos illi ex parte, & ex parte nobis committimus.* Voluit proindè tutiùs vivere , & æquum existimavit sequi in omnibus Augustini doctrinam , nil curans quidquid obtrudere possent Moliniani Censores. Ceterùm optimè ibì sese explicat ipse Palafoxius , quòd ideo scilicet Deus omnem impensam faciat in nostrâ salute , quia etsi nos ponamus nostra bona opera , etsi nos faciamus quod nobis præcepsum est , Deus tamen operatur in nobis , & facit ut faciamus. Hinc vocat Deum liberalissimum socium . Audi inepte Censor : Deus non operatur solus , non facit totam impensam sine ullâ nostrâ cooperatione , sed est *socius* , scilicet operatur cum homine , undè quisque dicere possit cum Apostolo ad Corinth. 15. 10. *Non ego , sed gratia Dei mecum.* Sed tamen est Deus *socius liberalissimus* , quia vis & efficacia , quâ humana voluntas determinatur ad bonum operandum , tota est ex Dei gratiâ , quâ fit ut homo vélit (bonum agere) & tantum vélit , tantoque ardore diligat , ut voluntatem carnis , contraria concupiscentem , voluntate spiritus supereret. Augustin. de Corr. & grat. cap. 11.

Nes-

Nescio quid præterea crocitet Censor de merito, & cur tot Scripturarum & Patrum textus adducat, tamquam si Palafoxius unquam negasset, bona justificati hominis opera ex Dei gratia manantia, ampliorem gratiam, & vitam æternam promereri: cùm ipse nunquam de merito in suâ Pastorali loquatur, nec ut loqueretur ibi opportunum erat. Nùm peccator qui Deum exorat, & ab ipso gratiam, quâ à peccatis resurgat, & in bono perseveret, postulat, sua merita ostentare debet? Sed ut singulis pateat in omnibus mentiri Censorem, audiantur verba Palafoxii, num. 54. „Quamvis extra omne dubium sit nos mereri, dum operamur tuâ gratiâ excitati, (intelligis ne mendax Censor?) æquè tamen certum est, merita nostra tuis meritis tribuenda esse. „ Recte ita loquitur cum Augustin. Epist. ad Sextum, cap. 5. Cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat quam munera sua. Et lib. de grat. & lib. arbitr. cap. 6. Non Deus coronat merita tua, tamquam merita tua, sed tamquam dona sua. Ut enim ait Concil. Arausic. 11. can. 18. ex August. in oper. imperfect. lib. 1, num. 133. *Debetur merces bonis operibus, si fiant:*

fiant : sed gratia , quæ non debetur præcedit ut fiant. Verum quid Augustini testimonia hic contra Censorem afferam , qui adeò in tanti Doctoris lectione peregrinus est , ut bis ex apocriphis libris de *Fide contra Manichæos*, & de *Scalis Paradisi* textus adducat ? Quid mirum , si pro Jesuitarum more domesticis Scriptoribus dumtaxat legendis assuetus (ex quibus fortassè allatos textus sine ullo delectu excerptis ) quidquid Molinianum non est , ipsi Jansenianum sapiat ?

Vellem nunc ut aliquis in Ecclesiæ doctrinâ instructus , atque in SS. PP. & Augustini potissimum ( qui in explicandâ divinæ gratiæ necessitate atque efficaciâ plûs omnibus laboravit) lectione versatus , sed ab omni quoquè partium studio alienus , inter me & Censorem judex assideat : nec dubito quin statim pro Palafoxio sententiam sit laturus. Quisque enim qui Vener. Viri Pastoralis , & infamem Censoris scripturam legerit , statim dignoscet , illam Scripturis , & Ecclesiæ doctrinæ perpetuò inhærere ; hanc verò à capite ad calcem cavillis , sophistatis , & calumniis redundare. At in hac causa alio non egemus judice , cum Summi Eccl-

clesiæ Pastores, & Doctores suo supremo iudicio litem omnem diremerint, quamvis veritatis inimici adhuc crocitare non cessent. Nempè Alexand. VII. Pastoralem Palafoxii epistolam laudavit & commendavit; in Sacrâ Rituum Congregatione ipsius doctrina ab omni erroris notâ fuit declarata immunis; S. Congregationis sententiam Clemens XIII. confirmavit, quam denique firmam & inconcussam manere decrevit feliciter regnans Clemens XIV. Causa ergò finita est: utinam calumniandi libido aliquando finiatur! At Jesuitæ, quibus nescio utrùm magis displiceat, an quod publico Ecclesiæ iudicio declaretur Palafoxii sanctitas, quem ipsi, veluti inimicum, acerrime persecuti sunt; an vero quod tam eximii Præsulis testimonio Augustiniana de divinâ gratiâ doctrina confirmetur, obloqui non cessabunt. Loquantur quidem, loquantur prout ipsis libuerit, jam è devenimus, ut cognitâ ab omnibus eorum indole ad calumniandum pronâ, eorum calumniæ honorem addant impetitis, atque in calumniatores ipsos recidant.

Ut opus absolvam, brevi nunc syllogis-

gismo quæ fusiùs sunt disputata concludam, cuius solutionem ab adversariis ad Kalendas Græcas expectabo.

Palafoxii doctrinam de fractis post peccatum hominum viribus, de concupiscentiâ ad malum trahente, deque gratiâ suapte naturâ efficaci, voluntatem, licet infirmam, ad bonum infallibiliter determinante, criminantur Jesuitæ veluti Jansenianam.

Sed hæc eadem Palafoxii doctrina ab omni erroris suspicione declarata est immunitis Summorum Pontificum oraculo.

Doctrina ergo illa, quæ summâ injuriâ appellatur à Jesuitis Janseniana, catholica est, & omnis expers erroris.

Ita enim verò: hanc doctrinam verè sanam, verè Catholicam hausit Ecclesia è Sacris Scripturis, uberrimè explicavit Augustinus, subsequentes Patres propugnârunt, ac Theologi deniquè omnes, qui se Augustini discipulos jactant, uti & Palafoxius, passim ulnis exceperunt. Quid ergo superest, nisi ut qui illam carpere audent, veri putique calumniatores existimentur?

# APPENDIX

## CONTRA AUCTOREM

### SUPPLEMENTI.

**V**ix manum ex præfactâ Palafoxiani Jansenismi confutatione sustuleram, & ecce novus sycophanta contra Vener. Episcopum pugnaturus in arenam descendit, in opere, cui titulus: *Supplementi alle prime animadversioni, che contro la causa del Venerabile Monsig. Gio: di Palafox ha fatte Monsignor Sampieri Promotor della Fede.* Nova opera, nova scelera. Auctor iste Supplementi nullâ habitâ ratione Episcopalis dignitatis, nullâ præclarissimi Viri, qui jam Summi Pastoris oraculo *Venerabilis* nomen obtinuit, in ipsum, veluti vorax bellua, irrumpit, mordet, dilaniat, discerpit; ita ut quisque hominem videat, furore & rabie percitum, sine ullâ verecundiâ debacchari, & eò audaciæ, atque impudentiæ prosilire, ut Vener. Dei Servum non modò Jansenianum atque hæ-  
re-

reticum appelleat, sed injustum, præpotentem, dignum cuius collo mola asinaria propter scandala suspendatur (pag. 26. secundæ partis) nequissimum, atque inter homines imprudentissimum, mendacem, impostorem, sine judicio, sine conscientiâ (pag. 38. 2. part.) aliaque ejusdem furfuris convicia sæpè ingerat. Hinc ex operis stylo inferet jure Lector, neminem non Jesuitam adeò scelesti liberculi auctorem putari debere.

At mirabitur fortè nonnemo undè sit, quod cum adeò hac tempestate undiquè Jesuitæ impetantur, atque atterantur, ipsi tamen tantâ adhuc superbiâ intumescant, tantâ audaciâ ferveant, tantoque contra eos, quos inimicos reputant, furore cieantur? At nonne hoc clarissimè demonstrat, eos à Deo jam derelictos? Nempè nemo potest corrigere quem Deus despicerit. Eccl. cap. 7. Profectò si quid saperent, si quid prudentiæ vel religionis eorum cordibus inesset, in totius orbis contra ipsos commotione, in tot quæ passi jam sunt detrimentis, in tam proximâ majorum calamitatum expectatione, supremi Numinis manum agnoscerent, sese ante ipsius Majestatem humiles, & contritos exhibe-

berent, suas culpas vel palam fateri non eru-  
bescerent, vel saltèm novis delictis augere  
nollent, silentio tandem, humilitate, pœni-  
tentiâ divinam clementiam studerent exora-  
re, ac justam hominum indignationem de-  
mulcere. Quis scit? si ita se gererent, & ip-  
si forsà, quòd olim dictum fuit Eliæ de  
Achabo, audituri essent: *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me?* Fc. Fc. 3. Reg. 21.  
At ipsi adeò præpostero modo se habent, ut  
omniñ excœcati & veluti dementes in eam-  
dem, quam vitare vellent, perniciem cœco  
impetu currere videantur. Quò magis percus-  
tiuntur, eò magis insolescunt, & quæ pa-  
tiuntur mala, hominum improbitati, vel in-  
vidiæ tribuentes, serpentium instar, quibus  
vulnera virus adaugent, in summas Eccles-  
iæ & Sæculi potestates, & in cuiusque cœ-  
tus homines libellis, satyris, dicteriis pugna-  
te contendunt, & quosque sibi obvios feri-  
no dente dilaniant ac proscindunt. Quid plu-  
ra? Nec ipsis quidèm Dei servis cum Christo  
in cœlis regnantibus parcunt, sed ipsos quam-  
maxime, execribili impudentiâ, injuriis,  
maledictis, atque opprobriis lacessunt. Por-  
rò quid monstri est hoc! Repetat Augsti-

nus: *Quantò secretus es, habitans in silentio,  
Deus solus magnus, lege infatigabili spargens  
pœnales cœcitates super illicitas cupiditates, lib. i.  
Conf. cap. 18.* Quem verò putabimus tantæ  
audacizæ ac procacitatis exitum? Ego quidèm  
supremi Numinis providentiam, omnia for-  
titèr, suavitèrque disponentis, in humana-  
rum rerum vicissitudine, contemplari assue-  
tus, ex hujusmodi invincibili atque effreni  
Jesuitarum petulantia non possum nisi mala  
ipsis ominari; & mihi quidèm quotidiè in  
pejus ruere videntur, ac manibus, pedibus-  
que sibi interitum arcessere. Eos etenim, quos  
nullâ vi, nullis flagellis corrigi posse video,  
securus ajo, jam Deus despexit.

Nunc verò in hac Appendice, quam  
contra novum Censorem adornandam ag-  
gredior, non id præstabo, ut ab omnibus  
impactis calumniis vindicem Palafoxium.  
Hanc provinciam causæ Postulatoribus inte-  
gram relinquo, & citò patebit quantum in  
calumniandi arte prætent adversarii, quos  
non puduit tot opprobria in S. Episcopum  
congerere, & sæpè unius Patris Tellier (ho-  
minis nimirūm inter Jesuitas Jesuitissimi,  
eius objeccta jam plenè dissiparat auctor

Moralis practicæ Jesuitarum, tom. 4.) testimonio. Sed quoniam æquâ lege ipsis vetitum est de Palafoxii Orthodoxiâ sermonem habere, cùm Supremi Pastoris oraculo constet, ipsius opera nihil non catholicum redolere, liceat mihi rursùs intentatam contra ipsum Jansenianismi accusationem ad sanæ Theologiae tribunal examinare; non equidèm ut ab erroris suspicione Venerabilis Viri epistolam Pastoralem defendam, quam satis in tutto posuerunt Apostolica decreta; sed potissimè ut Sanctissimi Doct. Augustini, quem ponè sequitur Palafoxius, solidissimam doctrinam à putidis atque insulsis Molinianorum vindicem cavillis. Nec multa fari oportebit. Auctor enim iste eamdem omnino crambem à suis sociis coctam recoquens, nihil novi profert, nisi novam majoris impudentiae ostentationem. Italico proinde sermone scribens, ut mulieres, indoctosque ad suas partes trahat, lepidus, videri amat, salibusque conspersus: sed apud doctos scurra potius erit, & in Theologiâ novitus. Hinc multa prætermittens, quibus jam affatim responsum est, plurima etiam, quæ ad rem non pertinent; pauca dumtaxat adnotabo,

& totam tractationem quinque capitibus ab-solvam.

## CAPUT PRIMUM.

*De Jansenianismi Mysterio penes Jesuitas.*

**A**uctor iste Supplementi, pag. 40. pri-mæ partis eò processit audaciæ, ut dixerit, Romanos Theologos nescire quid sit Jansenismus; & proindè, si Romæ uti nolit Jesuitis, qui in hoc controversiarum genere sunt milites exerciti (*soldati agguerriti in questo genere di controversie*) recurrat sal-tèm ad Academiam Parisiensem, vel ad alios Galliarum, vel Belgii Theologos, ut fraudes ac versutias Jansenistarum detegat, & genuinum sensum percipiat epistolæ Pa-lafoxianæ. O miseros Romanos Theologos! Heu ad quæ tempora devenimus! Ergo ne sine Jesuitis, & sine Theologis Gallis, vel Belgis ignoratur Romæ Catholica Fides? Ignoratur quid credendum, quid respuendum sit circa Dei gratiam, hominumque libertatem? Sed rectius dicam: o perficiam hominis frontem, qui talia ausus est proferre!

Omit-

Omitto quæ habet de Academiis atque exteris Theologis. Præterit tempus, quo in Academiis Jesuitæ dominabantur, quo de cathedris disponebant. Lovaniensis Academia Augustini doctrinæ sempè inhæsit, nequidquam obluctantibus Jesuitis; & nos ipsi Theologicas propositiones legimus, postremis hisce temporibus in Sorbonâ propugnatas, quibus gratiæ efficacia ex viðtrici delegatione dimanans, aliaque circa Dei gratiam inconcussa August. scita asserebantur. Proinde quòd Palafoxii Epistola Augustini doctrinæ ubiqùè conformis à Parisiensibus, ac Lovaniensibus, immò ab omnibus universi orbis Theologis non Jesuitis approbanda foret, pro certo teneo, ac firmitè assero.

Quod verò ad Jesuitas attinet, eorum in hac re judicium, quos constat inimicos esse & furore abripi in Vener. Dei servum, nec floci faciendum esse, quisque à semetipso novit. Dicant ipsi, ut lubet, & repetant usque ad ravim, Palafoxii opera Jansenianismo scatere, quis adeò stultus, ut ipsis credat? Hoc idem contra omnes suos inimicos inclamârunt, ridentibus auditoribus. Neminem jam latet, quid penes Jesuitas significet

cet *Jansenianum esse*, sed nemo de ipsorum calumniis jam amplius curat. Tela sunt isthæc jam retusa, quæ nec cutem feriunt; & qui oculos luci sponte non occludunt, Jesuitarum artes, & kabalas satis perspicere possunt. Evidèm nil magis viro Catholico injuriosum putari debet, quam hæretici nomen: sed quoniam Jesuitæ non eos Jansenianos vocant, qui aliquam ex quinque damnatis propositionibus defendunt, sed eos omnes qui vel suæ laxæ morali, vel Molianæ sententiæ adversantur, nemo amplius dedecori dicit, quod Jansenianus, unà cum tot aliis illustribus, Catholicisque viris, à Jesuitis appelletur.

At Jesuitæ ne sunt milites illi exerciti contra Jansenianos? Utique Jansenianismus mysterium magnum penes ipsos contegit, sed mysterium iniquitatis. Plurimum enim sua intererat, ut persuaderetur indoctis, rem maximè abstrusam Jansenianismum esse, quo siuos adversarios facilius perderent, sibique insontes viros Jansenianismi insimulantibus, citius crederetur. Scitum est Romæ, quod cum aliquando indoctus quidam Jesuitarum assecla contra Jansenistas invehernetur, requi-

situs à circumstantibus, quid tandem esset hic Jansenianismus, respondit : *rem esse subtilem, subtilem, subtilem.* O subtilem kabalam, Jesuitis hactenùs notam, ceteris imperviam, nunc omnibus manifestam!

Ego verò sic habeo : nullos pejus quam Jesuitas, Ecclesiæ doctrinam contra quinque damnatas propositiones defendisse : eos item nec minimum de Ecclesiæ doctrinâ propugnandâ fuisse sollicitos, sed id solum curâsse, ut sub præclaro doctrinæ Catholicae cortice, in fidei dogmata Moliniana placita erigerent. Utramque propositionem paucis demonstrabo. Qui Ecclesiæ Fidem contra hæreticos defensandam suscipit, id potissimum curare debet, ut errores damnatos à controversis inter Catholicos quæstionibus discernens, errorem impugnet, ac simùl Catholicorum placita intacta servet. De hoc optimo agendi modo Sacrum Tridentinum Concilium illustre Theologis reliquit exemplum. At Jesuitæ damnatas quinque propositiones eo pacto aggressi sunt, ut omnium Theologorum sententias à Molinâ discordes in eâdem simùl damnatione involverent : undè consequens erit, ut juxta commune prologue,

quiūm, qui nimis probat, nihil probat, nullo pacto contra damnatas propositiones ipsi aliquid solidi protulerint. Rem clariorem faciam exemplo. Quot praeclaros doctosque viros ceu Jansenistas Jesuitæ traduxerunt? Ex omnibus seligam Eminentissimum Cardinalem Norisium, cuius opera toties ipsi ad Tribunal duxerunt, quem rursus & viventem & mortuum, & voce & scriptis, & palam & furtim, ceu Jansenistam praedicare nunquam cessarunt. Ex eorum ergo sententiâ, nisi se sponte velint calumniatores dicere, eadem est doctrina Norisii, ac illa, quæ in quinque famosis propositionibus damnatur. At Norisii doctrina Catholica prorsus est, quam Supremi Pontifices non modo nullâ censurâ dignam putarunt, sed & laudarunt, & à furore Jesuitarum tutati sunt. Quid indè fit consequens? Indoctus aliquis hinc inferet: ergo si testimonio Jesuitarum in Norisio latent quinque propositiones Jansenii, Catholica pariter dicenda erit doctrina in quinque propositionibus damnata. Sed absit, ut ita dicat qui Theologiam vel à limine salutavit, qui que Jesuitarum artes intimius novit. Hic certè dicet, & verum

di-

dicet, Jesuitas vel nescire quid sit Jansenismus, vel nescire quomodo damnati errores sint refutandi: dicet Jesuitas id solum curare, ut suos adversarios perdant, non ut Ecclesiam defendant: dicet tandem Jesuitas non Theologos esse, sed calumniatores. Et isti ne sunt milites illi in hoc controversiarum genere quammaxime exerciti? Ita sanè: quammaxime in calumniando exerciti.

Clarius adhuc exemplum hæc eadem Palafoxii causa nobis suppeditat. Vener. Episcopi opera cuiusvis erroris expertia pronuntiârunt Summorum Pontificum oracula; & tamen adhuc Jesuitæ obstinatiùs dicere pergunto, ea undique Jansenianismo scatere. Hinc unum ex his tribus consecitariis sequatur oportet: vel Summi Pontifices errârunt damnando quinque famosas propositiones, quas deinde in Palafoxio probârunt: vel errârunt opera Palafoxii probando, quæ damnata quinque propositionum doctrinâ inficiuntur: vel Jesuitas quid sit Jansenianismus nescire, & esse contra Supremos Pastores refractarios, & contra innocentes viros iniquos calumniatores. Seligant sibi Jesuitæ quod lubet ex hisce necessariis consecitariis: hoc unum scio; primum

& secundum sine horrore à Catholicis audiri non posse.

Quis verò hinc rursus non inferat, Jesuitas nil minus esse, quam Catholicæ Doctrinæ zelatores ac defensores? sanè qui legerit Rituum Sinensium, & Malabaricorum historiam, qui gesta percurserit in causâ Berriuyerianâ, qui adverterit quot novitates in Theologiam, quot laxitates in rem moralem, quot superstitiones in Religionem ipsi invexerint, probè noscet, parum de Ecclesiæ doctrinâ eos esse sollicitos; id unum verò totâ animi solitudine, totoque mentis studio curare, ut suæ societatis gloria, divitiæ, & terrena celsitudo augeantur: verbo dicam: eos esse non modo in agendis, verum etiam in credendis, veros solipsos. Qui igitur audierit Jesuitas contra Jansenianos debacchantes; pro certo sciat, eos nihil omnino curare ut humana libertas sarta tecta que teneatur, sed tantum velle ut sui Molinæ placita tanquam Fidei dogmata in scholis recipientur. Qui audierit Jesuitas doctissimis ac pientissimis viris Jansenianismi notam appingentes; certum habeat, eos esse optimos probosque Catholicos, sed Jesuitarum novi-

tatum inimicos, qui sub ficto Jansenianismi cortice ab ipsis vapulant. Sed jam exesa & consumpta hujusmodi flagella percutientes potius fatigant, quam percussos divexit. Quot ad rem congerere possem? Sed ad alia properanti tempus non sufficit.

## C A P U T II.

*An Palafoxius asseruerit hominem sine gratiâ necessariò in malum ferri?*

**D**Uobus potioribus principiis, ex quibus, tanquam ex venenatis fontibus, ceteri errores diminant, totum Jansenianæ doctrinæ virus Auctor Supplementi concludit, & utrumque impudenti calumniâ Palafoxio appingit. Primum, pag. 53. 1. part. quod hominem sine gratiâ dixerit necessariò in malum ferri. Hanc calumniam in superiori opere satis superque diluimus, clarisque argumentis ostendimus, Palafoxium veram libertatem, electionem, atque indifferentiam, quæ omnia cum agendi necessitate stare nequeunt, in homine vel gratiâ destituto, vel ab ipsâ suffulto agnoscisse; evicimus etiam,

Palafoxium Scripturarum, Ecclesiæ, Sanctorum Patrum, & præsertim Magni Doctoris Augustini doctrinam, sæpè etiam eadem verba ubique referre. Nihil proindè addendum superesset; sed aliquas animadversiones, ad magis retegendarum Censoris nequitiam liceat adnectere.

Arguit itaque Censor Palafoxium, *pag. 56. & seq.*, quod nullam nisi victricem, efficacemque gratiam agnoscat. Mentitur in caput suum, uti mox videbimus. Sed esto: de efficaci tantummodo gratiâ Palafoxius loquatur; benè habet. In hac siquidem Pastorali epistolâ Deum obsecrat, à quo non aliam petit, nec aliam petere debet gratiam, nisi efficacem. Quis enim unquam à Deo gratiam petiit inefficacem? Jure ergò hujusce gratiæ, quam non postulat, non meminit orando.

Sed instat Censor. Non modò nullam Palafoxius gratiam, nisi efficacem agnoscit, sed insuper addit, nihil boni hominem posse sine hac efficaci gratiâ. Benè rursùs ait: loquitur enim de potentia cum actu conjuncta, de qua unicè solitus est, quamque à Deo petit. Cur enim peteret solum potentiam,

tiam, quam uti mox videbimus, se jam habere fatetur? Sed hæc illius desideria non explet: quærit proindè potentiam illam, quam vocant scholastici ab omni impedimento tūm impotentiæ, tūm nolentiæ expeditam. Potentiam scilicet cum actu conjunctam, quæ sine efficaci gratiâ patentibus omnibus Augustini discipulis, non habetur, & per gratiam efficacem certissimè, & infallibiliter obtinetur.

At dixisset saltèm Palafoxius (prosequitur malè feriatus Censor): *nisi habeam hanc gratiam, amplectar meum errorem, amabo meam destructionem.* At ipse dixit: *non possum non amplecti meum errorem, non possum non amare meam destructionem.* Quam acutam mentis aciem! Quàm profundam meditationem! Sed vellem à Censore percontari, nùm aliquandò utatur ipse hoc verbo *non possum*? An verbi gratiâ, rabie percitus in Palafoxium aliquandò ad suos concellitas exclamârit: *non possum me cohibere, quin contra hunc venerandæ Societatis nostræ adversarium, calimum arripiam?* Sed agè: in ipso Censore, p. 3. part. 1. dum quasdam recitat aniles fabulas, hæc verba reperio: *Il Lettore non potrà*

trā non gradire: scilicet: *Lector non poterit non grata habere* (ea scilicet, quæ extra rem, & inutili prorsus conatu, insulsissimè garrit). En quod ipse noster Censor adeò amœna reputat quæ profert, adeò jucunda & pulchra, ut *Lectori libertatem adimant*, itaut necessariò ea debeat grata habere. Fallitur tamen: mihi enīm potius stomachum moverunt. Sed quām ridiculus est, quām ineptus, dum in familiari hominum sermone, vel in precibus ad Deum fusis, quærit ut distinguatur potentia physica à morali, proxima à remotâ, expedita ab impeditâ, &c. ? Omnes quidēm homines, ut̄ alias monuimus, ea vulgari sermone dicunt se posse, ad quæ sunt plenè expediti, eaque se non posse dicunt, quæ vel facere nolunt, vel nisi magnâ difficultate exsequi non valent.

Sed demus hoc etiam Censori: Ait Palafoxius: *non possum à me ipso & sine te non amplecti meum errorem, non amare meam destructionem*. Et benè rursus loquitur: ait enim, quòd sine Dei gratiâ non potest, potentia scilicet cum actu conjunctâ, non amare suam perditionem; qui enim gratiâ caret efficaci, etsi verè possit malum non agere, malum

ta-

tamen, quod ipsi magis placet, ex sua libera voluntate semper operabitur. Quid in hoc latet Janseniani dogmatis? Hoc idem dixerat Christus, asserens: *sine me nihil potestis facere.* Joan. 15. Et quidem dum Christus ait *sine me*, suam efficacem gratiam designat: de illa nimirum gratia loquitur, quam qui habet, ut paulo ante dixerat, *manet in eo*, & fert fructum multum: hoc est: bona opera ad salutem conducentia abunde perficit, quae profecto sine gratia efficaci non peraguntur. Hoc idem dixerat Augustin. lib. de grat. & lib. arb. cap. 17. „Qui vult facere Dei mandata & non potest, habet bonam voluntatem, sed adhuc parvam & invalidam, poterit autem, cum magnam habuerit & robustam. „En quod teste Augustino, teste ipso Christo, sine efficaci gratia non potest homo bonum agere. Hoc idem dicit Palafoxius. Sed in hisce omnibus dictis semper de ea potentia fit sermo, quae expedita est ab omni impedimentoum impotentiæ, cum nolentiæ, uti scholæ loquuntur, & cum actu coniuncta. Vel ergo Christus & Augustinus Janseniani, vel expers erroris Palafoxius, & iniquus calumniator est Censor.

At verumne est quòd nullam Palofoxius  
gratiam agnoscat, nisi efficacem? O menda-  
cissimum virum! Ipsemet Censor pag. 60.  
verba affert Ven. Episcopi ex num. 21. in  
quibus gratia, cui resistit voluntas, clare asse-  
ritur. Sic enim habet: „Ego miser peccator  
„tuis auxiliis resisto, tuæ luci oculos claudio,  
„tuas inspirationes rejicio. „ Poterat ne Ca-  
tholicum dogma de gratiâ, cui humana vo-  
luntas resistit, clarioribus verbis exponere?  
Quid ergo blaterat iste sycophanta?

Sed gratia isthæc, subdit Censor, eadem  
prorsùs est, ac quam Jansenius quoquè ag-  
novit, vocavitque *parvam & invalidam*. Ego  
quidèm nescio quid Jansenius dixerit, cuius  
operum lectionem supremi Pontifices inhi-  
buerunt. At si reverà Jansenius aliquando  
gratiam admiserit, cui voluntas humana re-  
sistit, gratulor quammaximè, quòd fatente  
adversario, benè & Catholice sit loquutus:  
nec in Jansenio damnavit unquam Ecclesia  
gratiam parvam & invalidam.

Damnum certè est *Can. iv. sess. vi Conc.*  
*Trid.*, & deinde in secundâ inter quinque  
proscriptas Jansenii propositiones, quòd in-  
teriori gratiæ nunquam resistatur; ac proin-  
de

dē Fidei dogma est, quod interiori gratiæ non modò possit humana voluntas resistere, sed quod aliquandò reapse resistat. Hanc gratiam, cui resistitur ab humanâ voluntate, plures de Scholâ Theologi *sufficientem* vocare solent. Palafoxius quidèm Scholæ assuetus *sufficientem* illam vocat, dicens num. 9.

„Quamvis mihi des semper quod sufficit, nescesse tamen est, ut præterea adjuves quod mihi dedisti. „ Ceterùm nihil nos cogit, ut hanc gratiam *sufficientem* vocemus. De fide utique tenemus, dari gratiam cui humana voluntas resistit, at nomen, quo talis gratia vocari beat, nullo canone præscribitur. Doctissimus Cardin. de Lauræa in Opusculo de Divinis auxiliis, pag. 283. editionis Romanæ ann. 1770. hæc ad rem habet, Sæpè cum aliis viris doctis miratus sum, cur Theologi moderni gratiam illam Divinam, qua homo vocatur, excitatur, illuminatur, & inspiratur ad bonum faciendum, & effectum non obtinet, vocare cœperunt *sufficientem*, ad distinctionem efficacis, quæ sempè habet adnexum effectum. Ego quidèm cum Augustino hanc gratiam appellare malo *parvam*, *invalidam*, *imperfectam*, uno verbo, *inefficacem*. Verba S. Do-

& toris paulò antè adduxi ex cap. 17. de *Gratiâ & lib. arbitrio*. ubi hanc gratiam, quæ effectum non sortitur, vocat *parvam & invalidam*: & paulò pòst addit: & tamen (charitas) quamvis *parva & imperfecta* non deerat (Petro) quandò dicebat *Domino*, & *animam meam pono pro te*. Et quis istam, & si *parvam dare cœperat charitatem?* Cum igitùr nullo Ecclesiæ Decreto nomen præscribatur, quo gratia, cui resistitur, appellari debeat, mihi lubet Augustini vocibus uti, atque illam, uti dicebam *parvam, invalidam, & infirmam* vocare, seu, quod idem sonat, *inefficacem*.

Sed vide Censoris nequitiam! Contendit ipse deberi ab omnibus tanquam Fidei dogma admitti gratiam sufficientem; deridet deinde sufficientiam illam, quam vocat sensu Thomistico, & pag. 98. & seq., magno lepidarum (pro suo more scilicet) comparationum apparatu mulierum derisioni ipsam exponit (se tamen potius ridendum exhibit, dum de puro nomine litem intentat). Quid ergò superest, nisi ut veluti Fidei dogma sufficientia Moliniana admittatur, qua scilicet sub quacumque gratiâ sit voluntas sempè proximè & expedite potens ad bene agendum,

dum, sicuti homo sanus & validus, ad ambulandum? En quo tandem recidunt Jesuitarum sophismata, qui dum videntur Jansenianos toto virium conatu impetere, hoc tamen unum querunt, ut sui Molinæ placita erigant in Fidei dogmata. Proinde quidquid Molinianum non est, penes ipsos est Jansenianum.

Sed disrumpantur, si velint, maligni isti Censores; nunquam id impetrabunt, ut doctos suis dolis fallant. Qui bene sapiunt Theologi constantè affirmabunt, hominem gratiâ destitutum liberum quidem esse, sed suâ libertate tantum uti ad male agendum: hominem gratiâ parvâ & invalidâ adjutum, posse quidem, si velit, bene agere; sed gratiæ sempè resistere, quia nunquam volet bene agere: hominem tandem efficaci gratiâ roboratum, posse quidem gratiæ resistere, si velit, posse malum agere; sed id nunquam velle, & nunquam proinde ab justitiæ semitâ desciscere. Hæc sunt dogmata ex scripturis deprompta, in Augustino clarissimis verbis expressa, à saniore & majori Theologorum parte propugnata, quæ nisi putidus iste Censor vel in plateis exsibiliari velit, non di-

cet esse Janseniana, aut ab Ecclesiâ damnata. Hæc eadem in Palafoxii Epistolâ repetiet, utcunque inimicâ manu eam verset, & reverset.

Non immorabor in variis quæ affert Palafoxius exemplis, hominis cæci, ligati, vulnerati, jam defuncti &c. ut explicet peccatoris gratiâ destituti ad benè agendum impotentiam, quæ omnia ad Jansenianum sensum detorquet malignus Censor, quamvis ea sæpissimè in Scripturis, & in Patribus, Augustino potissimum occurrant. Sed talis est veritatis character, ut qui vera ajunt sibi sint consoni; qui veritatem è contrâ oppugnare nituntur, quæ in uno reprobant, in altero sæpè probare coguntur. Hæc quæ Censor reprobat in Palafoxio, probat, vel saltèm probant Catholici in Scripturis, probant in Augustino, in quo legimus lib. 8. Conf. cap. 5. *Suspirabam ligatus non ferro alieno, sed ferreâ meâ voluntate.* Lib. de nat. & grat. cap. 22. *Nec cogitat prævaricatorem legis, quam digne lux deserat veritatis, quâ desertus utique fit cœcus, & plus necesse est offendat, vexatusque non surgat.* Ibid. cap. 22. *Mortuos veritas dicit, quos iste (Pelagius) dicit lædi, & vitiari non*

potuisse peccato... ad peccatum valet mors animæ, quam deseruit vita sua, hoc est, Deus ejus, quæ necesse est mortua opera faciat, donec Christi gratia reviviscat. Ibid. c. 43. De illo homine agimus, quem semivivum latrones in viâ reliquerunt, qui gravibus saucius confossumque vulneribus, non ita potest ad justitiae culmen ascendere, sicut potuit inde descendere. Quot rumores ageret, quot clamores tolleret noster hic sycophanta, si talia dixisset, Palafoxius? Sed miser homuncio nescit quid sint exempla & similitudines, quæ contra adversarios aptare sempèr nititur integra, qua latè patet, eorum significatione. Hoc pacto omnibus penè Scripturarum phrasibus, & Evangelicis parabolis, ad quoscumque errores confirmandos, sicuti hæretici faciunt, uti posset. Sed de hisce exemplis jam satís in præcedentibus actum est, & sermo redibit in sequentibus.

## CAPUT III.

*An Palafoxius necessitatem ad benè agendum  
sub gratiâ efficaci asseruerit?*

**A**lter capitalis Jansenianorum error, quem Censor pag. 73. & seq. Palafoxio affingit, est quod gratiam efficacem dicat humanæ voluntati benè agendi necessitatem inferre, easdem repetens nänias, quæ in superioribus affatim rejectæ sunt, quæque in omnibus suis libris contra Molinianæ sententiæ inimicos à Jesuitis usquè ad nauseam recinuntur, & jam ab eruditis risu & cachinnis excipiuntur.

At cum Palafoxius iisdem omnino loquendi modis, sæpè etiam iisdem verbis utatur, quæ adhibent Scripturæ, Ecclesia, & Patres, ut explicet vel hominis lacrymabilem miseriam, vel Divinæ gratiæ potentem efficaciam, quid quæso causæ est, quod eadem expressiones in aliorum ore sint Catholicæ, in ore verò Palafoxii Jansenianæ? Scripturæ, Ecclesia, Patres peccatorem gratiâ destitutum vocant cœcum, infirmum, ligatum, mortuum, vinculis constrictum, peccati servum,

vum, malam arborem, lignum igne consumptum, ipsum ajunt nihil boni posse, ipsius arbitrium nonnisi ad peccandum valere. Hæc omnia benè dicuntur & sunt Catholica. Eadem, immò & mitiora dicit Palafoxius; & tamen est hæreticus. Scripturæ, Ecclesia, Patres ajunt Dei gratiam mortuos suscitare, ligatos solvere, spiritum novum creare, operari in nobis velle & perficere, nos indeclinabilitè & insuperabilitè agere, à nullo duro corde respui. Similia prorsùs habet Palafoxius; & tamen iste hæc dicens est hæreticus. Scripturæ, Ecclesia, Patres ajunt humanam voluntatem Divinæ gratiæ quandoquè resistere. Idem Palafoxius fatetur; & iste tamen ab hæresi non recedit. Quid, quæso, sibi vult hæc tam manifesta contradic-  
tio? Sed facessat admiratio: satis est nōsse Palafoxii Censores esse Jesuitas, qui suis inimicis detrahendo, suique Molinæ doctrinæ confirmandæ unicè intenti, quidquid lubet magistrali supercilioso proferunt, modò indoctis, qui, tanquam servum pecus, ipsorum ab ore pendent, sua dicta credibilia reddant.

At operæ pretium erit aliquas ex hisce  
con-

contradictionibus singillatim exponere, ut hinc vel maximè pateat Censorum ardens calumniandi libido, & cavillandi indeficiens cacoëthes. Dixerat Palafoxius num. 21. „Peto à te Domine quod à te postulat S. Master Ecclesia sponsa tua, ut meam etiam rebellum compellas voluntatem.„ Quos clamores Censor attollit pro hoc verbo *compellas*, pag. 78. & seq. ? Verùm hoc eodem verbo utitur Evangelium *Luc.* 14. *compelle intrare*: hoc utitur Ecclesia dicens in *Orat. Sec. Sabb. ante Dom. Pass. nostras etiam rebellles ad te compelle propitiis voluntates*. Benè quidem, ait Censor, sed hoc verbum *compello* aliud in Palafoxio, aliud in Evangelio, Ecclesiæque precibus significat. Ab Evangelio enim & ab Ecclesiâ usurpatum significat (*gagliardo invito ed impulso*) *validam invitacionem & impulsu*m. Nescio quid rei sit hoc. Palafoxius utitur verbo *compello*, Censor mavult uti verbo *impello*, ait enim verbum *compello* significare *impulsum*. Tota ergò lis est, utrum homo efficaci gratiâ adjutus, dici debeat à gratiâ *compulsus*, vel *impulsus*. Apagè insulsissimas nugas ! At quid quæso apud Palafoxium hoc verbum *compellere* tandem

sig-

significat? Noster hic infrunitus Censor hoc verbum in Palafoxio explicat per *coactionem*, addens Venerabilis Episcopi similitudinem, quâ gratiam comparat vinculis, quibus phreneticus ligatur, ne sibi ipsi perniciem inferat. At adeò ne bardus ac stipes Palafoxius erat, ut nesciret hominis voluntatem nec à Deo quidèm in suis actibus elicitis cogi posse? Quis ergò, nisi prorsùs desipiat, ignorat, hæc verba *compellere*, *ligare*, &c. non dici de voluntate nisi metaphoricè? Hanc ergò metaphoram, quam ex Evangelio, & ab Ecclesiâ iisdem omnino verbis Palafoxius desumit, cur non debet idem ubique importare? Audiat Censor quid apud Evangelium, apud Ecclesiam, apud Palafoxium hæc metaphora sonet. Per hanc metaphoram gratia efficax designatur, ac suppliciter à Deo petitur: gratia, inquam, illa, de quâ dicit Augustinus l. de Prædest. SS. cap. 8. quod à nullo duro corde respuitur, ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur. Hæc gratia dicitur rebellem voluntatem compellere, & ligare, metaphorico tamen sensu, quia etsi nos ad malum proni simus, etsi tanquam phrenetici in propriam curramus perniciem,

ipsa facit ut velim us bonum . . . . facit ut faciamus præbendo vires efficacissimas voluntati. Aug. de grat. & lib. Arb. cap. - 16. Audiat rursùs Censor verba quæ statim subdit Palafoxius , quæ ipse vel rabie obcœcatus non legit , vel calumniandi æstu abreptus non retulit : „Scio Deus meus , & hoc ab Ecclesiâ do- „cemur , quòd nunquàm à nobis adiimas li- „bertatem. Probè scio , quòd in mea pote- „state relinquis electionem vitæ & mortis. „Sed etiam scio me esse adeò perversum , ut „sine tuâ gratiâ mortem semper eligam &c. „Poterat ne clarioribus verbis indifferentiæ li- bertatem indigitare ?

*Lxx* Paginâ rursùs 82. invehitur Censor in Palafoxium , quòd Davidis verba , Psalm. 50. Cor mundum crea in me Deus , & ipse repe- rat. Et licet David benè loquatur , Palafo- xius tamen est hæreticus. Quarè ? Quia Da- vid (ait Censor) dixit: Cor mundum crea , & proinde satis appareat , se non loqui de verâ , & propriè dictâ creatione: quis enim , (subdit) un- quam petiit propriæ animæ , proprii corporis , pro- prii cordis creationem ? Optumè quidèm. At nunquid Palafoxius veram petit creationem proprii cordis ? En ipsius verba num. 42.

„Fac

„Fac Domine veluti novâ creatione (attende  
 „illud *veluti*; non loquitur ergò de verâ  
 „creatione) ut ego habeam cor novum & san-  
 „ctum , spiritum novum, novam volunta-  
 „tem ... crea cor mundum , dignum tuâ pu-  
 „ritate, cor docile, ut recipiat tuam gratiam  
 &c. „ Addit rursùs Censor: „*Davidem cordis*  
 „*mundi creationem exorare, ac proindè non ve-*  
 „*ram petere creationem.* „ At nunquid non &  
 ipse Palafoxius creationem postulat cordis  
 mundi, docilis, sancti, Deoque digni? Qua-  
 ré ergò verbum illud *creare* diversam apud  
 Palafoxium obtinere debet significationem?  
 Nemo fortassè crederet, nisi oculis cerneret,  
 adeò in Censoris corde calumniandi furorem  
 valuisse, ut hæc Ven. Episcopi verba, quæ Da-  
 vidicæ orationis sunt inera paraphrasis, tantâ  
 carperet audaciâ. Sed quid non mortalia pe-  
 catoria cogit rabies, furor, & impudentia!

Tandem, ut plura æquè inepta, quæ in  
 idem recidunt, prætermittam, brevitè per-  
 curramus, quæ de gratiâ *irresistibili* disserit  
 Censor pag. 84. Dixerat Palafoxius num. 25.  
 „Habes Domine supra mentem, & volunta-  
 „tem meam tale jus & dominium, ut illa non  
 „debeat tibi resistere, & si velis, nesciat tibi

, resistere. „ Hic clamat adversarius positam à Dei servo gratiam , cui non possit humana voluntas resistere. At scis ne inepte & insulse Censor quam gratiam hic exoret Palafoxius? Illam ab intrinseco efficacem , quam tu cum tuo Molinâ non agnoscis , sed velis, nolis, à Scripturis, ab Ecclesiâ , ab Augustino , atque à doctiorum Theologorum cœtu probatur ac defensatur. Huic gratiæ non resistitur , quia , ut̄ mox dicebat Augustinus , à nullo duro corde respuitur , per hanc enim fit, testante eodem Augustino lib. de cor. & grat. cap. 12. ut humana voluntas indeclinabilitè , & insuperabilitè agatur .... ut homines licet infirmi , invictissimè quod bonum est velint , & hoc deserere invictissimè nolint. Audebis ne etiam blasphemare, ut dicas Jansenianum esse Augustinum? Quarè ergò Palafoxium calumniare? Verùm ubinām ille asserit, ut tu mentiris, quòd hujusmodi gratiæ humana non possit voluntas resistere? Benè quidèm ipse ait, quòd huic gratiæ resistere non debeat, resistere nesciat , & ut̄ paulò pòst addit eodem num. resistere nunquam volet: quæ omnia vera sunt, & cum veritate Catholicâ adamus-sim concordant. Quamquam & si diceret, da-

*michi Domine illam gratiam cui mea non potest resistere voluntas, nec ideò culpandus esset: satís enim in totâ epistolâ sua verba explicat, & benè loqueretur de potentâ expeditâ, & cum actu resistendi conjunctâ. Quamvis enim voluntas reverâ possit efficaci gratiæ resistere, nunquàm tamen resistet, quia nunquàm resistere volet; ideò quippè hæc gratia tribuitur, ut cordis duritia primitùs auferatur .... Ea quippè auferit cor lapideum & dat Cor carneum, sicuti Deus, Prophetâ (Ezech. 11.) prædicante, promisit: Aug. de Præd. SS. cap. 8.*

## CAPUT IV.

### *Plura Censoris errata castigantur.*

**H**AETENÙS Palafoxium à Jansenianismi calumniâ vindicavimus: pauca addenda supersunt, in quibus ipse Censor, qui alios carpit, & sæpè Doctoris personam induit, palmaritè errat; ut vel hinc cognoscatur, quàm ineptè Jansenianismi alios insimulet, qui tam gravitè hallucinatur in rebus Theologicis. Dixerat Palafoxius n. 25.  
 „mea rebellis voluntas, si velis, nunquàm  
 „tuæ

„tuæ gratiæ (efficaci scilicet) volet resistere... „quia facis quidquid vis, & quia omnipo- „tens es, nec est qui tibi possit resistere. „Ad hæc comprobanda attulit Sacræ Scriptu- ræ textus ex Psal. 113. *Omnia quæcumque vo- luit fecit.* Ex Genes. 50. *Num Dei possumus re- sistere voluntati?* Ex Apost. ad Rom. 9. *Vol- luntati enim ejus quis resistit?* Nunc pag. 86. noster Censor cathedram ascendit, divinæ que omnipotentiæ vim & confinia explicat. Haud verò hic cum illo contendam, quod Apostoli testimonium, tanquam ab adver- sario prolatum, insipienter recuset. Insipienter, inquam, quia etsi Apostolus ea verba si- bi opponat: *dicis itaque mihi: voluntati ejus quis resistit?* Ea tamen suâ responsione non negat, quin immo & confirmat, & verissima esse docet, subjungens: *O homo, tu quis es, qui res- pondreas Deo?* *Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, quarè me fecisti sic?* &c.

Sed præclaram potius Censoris Theolo- gicam prælectionem audiamus. Paucis colli- gam, quæ magno verborum profert involu- cro. Ait voluntatem, quâ Deus vult suorum præceptorum observantiam, esse voluntatem desiderii. Errat. Desiderium in Deo locum non ha-

habet, nec habere potest. Si loqueretur Censor vulgari hominum more, illi concederem, ut sicuti tristitiam, dolorem &c., sic & desiderium Deo metaphoricè tribueret. Sed cum ille communiter usitatos loquendi modos carpat in Palafoxio, cum Scripturæ textus ad sanioris Theologiæ trutinam se explicaturum promittat, valdè errat, Deo desiderium attribuens. Si itaque Theologicè loqui velit, dicat, Deum bona opera præcipiendo, ea se velle, hominibus significare; quapropter illam Dei voluntatem rectè vocari à Theologis *voluntatem signi*: cui quidem *voluntati signi* nec Palafoxius, nec quisquam aliis unquam negavit, quod ab hominibus resistatur. Inutilem proindè Censor ludit operam, dum hoc ipsum, quod nemo negat, probare conatur pag. 87. At Dei voluntati, quam Theologi vocant *beneplaciti*, nullus resistit, & eo pacto cuncta adimpleri debent, quo eadem Deus adimplenda decrevit *voluntate beneplaciti*. Si itaque hac voluntate Deus velit, ut homo bonum operetur; voluntati ejus homo non resistit, & bonum certissimè operabitur. Si Deus vellet ut homo necessario bonum ageret; id quidem posset, judicii in-

differentiam ab homine auferendo, & tunc homo necessariò bonum ageret. At Deus nunquàm id præstat, qui hominum libertatem, & meritum nunquàm vult impedire. Dum verò beneplaciti voluntate vult Deus, ut simùl homo bonum operetur, & liberè agat, voluntatem efficaci suæ gratiæ prævenit, atque adjuvat auxilio, quod à nullo duro corde respuitur, quod infallibiliter obtinet effectum, quodque libertatem nullo pacto lædit: tum verò, potest quidem creata voluntas Dei voluntati resistere; quia Deus vult, ut liberè agat, & proindè potentiam retineat ad oppositum: at nunquàm tamen eveniet ut resistat; quia infallibiliter bonum operabitur: alioquin frustrabitur homo Divinam beneplaciti voluntatem: quod nemo Christianus dicet fieri posse. Hoc Dei efficax auxilium postulat Palafoxius, cui optimè dicit, quòd sua voluntas, licet rebellis, nunquàm resistere volet, quia Deus omnipotens est, & omnia quæcunque voluit fecit.

Quòd si Divinæ voluntati posset sempèr homo reapse per suam contrariam resistere voluntatem, Deus licet omnipotens, non posset peccatorem convertere, qui obstinate

con-

converti nollet. Vidit hanc consequutionem Censor, quæ omnium Catholicorum aures offenderet, qui credunt in Deum Patrem Omnipotentem: quapropter ipsem pag. 86. verba allegat Augustini in *Enchir.* cap. 98. *Quis tam impie desipiat, ut dicat Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, in bonum non posse convertere?* Sed tamen methodum Deo præscribit, quâ uti debeat ad infallibiliter obtinendam peccatoris conversionem. Audiamus jam incoptæ Theologicæ prælectionis progressum. Afferam ipsa Censoris verba: „Tra gli oggetti creati subordinati al dispotico volere di „Dio, è da riporsi la mutazione istantanea „di qualunque gran peccatore colla infusione „della grazia santificante, manifestazione in- „tuitiva, ò astrattiva di Dio, come puro Be- „ne senza indifferenza di giudizio, determi- „nazione ad accesissimo amore di quel Som- „mo bene.„ Triplici igitur ratione Deus obs- tinatum peccatoris animum ad se convertere potest; gratiæ sanctificantis infusione; intuitivâ visione Dei, vel abstractivâ tam altâ, ut Deus cognoscatur undequaquè bonus, sine ullâ judicii indifferentiâ; & determinatione

ad accensissimum Dei amorem. Cum verè auctor tres hasce rationes simùl consarcinet, nullam adhibens particulam nec copulativam & nec disjunctivam vel, nescio utrùm ad peccatoris infallibilem conversionem exigat eas omnes simùl, an ex ipsis unam aut alteram. Sed plura tamen quæ mihi difficultatem facessunt, à Censore sciscitabor.

Quæro itaque; nùm Deus peccatorem nihil omnino de suâ conversione cogitantem, atque in suis iniquitatibus obstinatum ad se extemplo aliquando converterit per infusionem gratiæ sanctificantis? Nescio quid sit responsurus: ego tamen Sac. Trid. Conc. Sess. vi. cap. 5. & 6. doceor, hominem adulterum non justificari, nisi per suos actus ad justificationem disponatur: immò can. IX. ejusdem Sess. lego anathemate ictos, qui dicerent: *necesse non esse impium sue voluntatis motu præparari, atque disponi ad justificationis gratiam consequendam.* Si igitùr res ita se habet, uti se habere certò nōrunt Catholici, jam prior ille modus à Censore inventus, quo Deus peccatorem obstinatum ad sese drepente convertat per gratiæ sanctificantis infusionem, concidit omnino, tanquam à Conc. Tridentino damnatus, & proscriptus. Quæ-

Quæro ulteriùs: nùm aliquem sciat, & proferre possit à suâ obstinatione illico conversum, per visionem Dei intuitivam ipsi collatam? Ego quidèm nullum hactenùs legi: immò audio Paulum dicentem ad Timoth. epist. 1. cap. 6. Deum nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Et Joannem epist. 1. cap. 4. Deum nemo vidit unquam. Proindè certum habeo, quòd nullus unquam peccator ad Deum conversus sit, nec unquam convertetur per visionem Dei intuitivam ipsi concessam. Hinc patet, quòd modus alter convertendi peccatores à Censore excogitatus pariter evanescat.

Quæro tandem: nùm determinatio illa ad incensissimum Dei amorem, quam postremo loco commemorat, voluntati inferat necessitatem? Affirmabit profectò. Sed, inquam, quonam pæcto voluntas necessitate agi potest ad aliquod amandum objectum, quod non ita repræsentetur undequaquè bonum, ut omnis de ejus bonitate tollatur indifferentia judicii? Statim reponet Censor, ideò se statuisse cognitionem Dei abstractivam tam altam ac sublimem, quæ judicii tolleret indifferentiam; proindè & voluntatem

necessariò ad amorem determinaret. Benè habet: Censoris dicta probo, & hunc tertium modum possibilem esse non negabo. Sed adhuc quæro: nùm Palafoxius talem admiserit gratiam ad peccatoris conversionem obtinendam, quæ judicii tolleret indifferentiam? Hoc certè nemo non stultus dicet. Et quâ igitùr fronte Censor, qui stante judicij indifferentiâ, voluntatem existimat non posse in objecti prosequitionem necessariò ferrari, calumniari audet Palafoxium, totiès repetens, quòd gratiam admiserit, sub quâ voluntas necessitate adigatur ad bonum amplectendum?

Sed quoniam omnes isti modi à Censore præscripti, ejus sunt naturæ, ut libertatem, ac meritum à creaturâ, quæ ad Deum convertitur, omnino tollant, adhuc quæro: nùm Deus Omnipotens, in altitudine divitiarum sapientiæ & scientiæ suæ, alios non habeat modos, quibus certissimè & infallibiliter cùjusque vel obstinatissimi peccatoris conversionem operetur, quæ tamen conversio liberè, & cum merito ab ipso peccatore perficiatur? Si annuat; ergò, inquam, superfluunt omnes illi ab eo præscripti modi, qui insuper

pèr homini , à quo libertatem , ac meritum auferunt , non convenire dignoscuntur . Si verò neget , Dei omnipotentiam ita deprimere , atque exhaudire deprehenditur , ut illam existimet ultra limites à Molinianis statutos , extendere se non posse . Hinc autem constat jure ipsos à ceteris Theologis accusari , quòd Divinam evertant omnipotentiam . Palafoxius verò in Scripturis edoctus , quòd nullum verbum sit impossibile apud Deum , certissimè credebat , posse Deum quamcumque obstinatam hominis voluntatem ita mutare , ut liberè ad ipsum converteretur : medium item quo Deus , quandò vult , & quomodò vult utitur ad hanc mirabilem conversionem peragendam , noverat esse ipsius gratiam : dicente Augustino lib. de grat. Christ. cap.

*23. Magnum profectò adjutorium divine gratiæ , ut cor nostrum quò voluerit Deus , ipse declinet . Et ibid. cap. 12. Quâ gratiâ agitur , non solum ut facienda noverimus , verùm etiam ut cognita faciamus , nec solum ut diligenda credamus , verùm etiam ut credita diligamus .* Proindè quin recurrat ad machinas Censoris , quibus fortasse nunquam Deus usus est , gratiam petit magnam & efficacem , quæ à nullo vel du-

ris-

rissimo corde respuitur, & facit, ut peccator certissimè, & infallibiliter, sed simul liberè, & cum merito convertatur ad Deum.

Amœniora etiam sunt quæ habet Censor pag. 149. ubi ut Apostolici textūs 1. ad Cor. 4. *Quis te discernit? quid autem habes quod non accepisti?* vim elevet, potius scurram agens, quam Theologum, exemplum adducit ex gradu Magisterii, qui ab Ordinum Generibus Religiosis donatur (rectius exemplum ex Jesuitis sumpsisset, quibus Præpositus Generalis, despoticā, quam pollet auctoritate, Provincialatus, Præposituras, & Rectoratus pro lubitu dispensat), qui proinde nihil habent quod non acceperunt, nec tamen ad accipiendum determinantur. Tandem addit: *omnes in Mondo dare & recipere Molinistico modo.* At dum hisce exemplis ludit Censor, ab hæresi Pelagianâ nec latum quidem unguem recedit. Nam cum gradus in Ordinibus Regularibus non pro lubitu in immerentes conferantur, sed quisque gradum, quem obtinet, suo labore, & merito acquisierit, ac proinde per idem meritum ab aliis discernatur, qui eo honoris titulo tarent, consequens esset, quod eodem pacto Dei gratia daretur homini-

nibus secundūm eorum merita , & quisque ab alio per sua merita discerneretur : quod unus erat ex capitalibus Pelagii erroribus , quem ipse met saltēm ore tenuis , ne damnaretur in synodo Diospolitanā , damnavit . *Inter cetera* ( ait Aug. de grat. & lib. arb. cap. 5.) *quæ illi objecta sunt , & hoc objectum est , quod diceret , gratiam Dei secundūm merita nostra dari ; quod sic alienum est à Catholicā doctrinā , & inimicum gratiæ Christi , ut nisi hoc objectum sibi anathematizasset , ipse indè anathematizatus exisset . Si nihil igitūr habemus quod non acceperimus , tūm gratiam , tūm ipsum nostrum Dei gratiæ consensum à Deo accipimus , qui operatur in nobis velle & perficere , & facit ut faciamus , præbendo vires efficacissimas voluntati : & ideo , nec qui gratiam hābet à non habente , nec qui consentit à non consentiente per sese discernitur . Gratiam proindè omni procūl dubio non recipimus Molinistico modo . Verūm quām facile in errores labitur qui , ut mulieres indoctosque ad risum provocet , gravissimas Theologiæ quæstiones mimicè & scurrilitè tractat !*

Sed quid dicemus de tot illis exemplis ,  
quæ

quæ passim Censor in suo *supplemento* profert, & satìs lepidè, ut assolet, modò hominis cœci videre volentis, modò hominis sine alis nitentis ad volandum, modò captivi vinculis coērciti è carcere exire nequeuntis, aliisque similibus, ut sicuti isti libertate carent, ita hominem quoquè probet, vel sine gratiâ efficaci carere libertate ad bonum agendum, vel sub gratiâ libertate ad malum? Hæc similiaque exempla passim in Scripturis, ac Patribus, uti sæpè vidi mus, inveniuntur: sunt tamen meræ metaphoræ, quibus indigitatur tūm lacrymabilis humani generis conditio, dum peccante primo homine, vitium pro naturâ inolevit. Aug. tract. 44. in Joann.; tūm immane innatæ nobis concupiscentiæ pondus, quo abstracti & illecti, Jac. 1. ad malum ferimur, & sempè nitimus in vetitum; tūm etiam omnimodâ nostrâ impotentiâ ad resurgendum è peccatorum cœno, & ad quodcumque supernaturale bonum peragendum, nisi Mediatoris gratiâ sanemur, & roboremur. Hoc idem ejusmodi figurati ac metaphorici loquendi modi, qui apud Palafoxium sæpè inveniuntur, valent, ac significant. At dum passim à Molinianis in toto rigore sump-

sumpta, contra efficacis gratiæ assertores hæc similiaque exempla objiciuntur, dum etiam à Censore contra Venerabilem Episcopum juxta expressam propriamque verborum significationem retorquentur, non aliud certè probatur, nisi rixantium ignorantia, & cavillandi libido. In hisce enim exemplis quis non videt hominem coactionem pati, itaut etsi velit videre, volare, ambulare, id tamen vel invitus præstare nequeat sine oculis, sine alis, vinculisque constrictus? Fortassè ne sub gratiâ vel concupiscentiâ homo pariter cogitur, ut invitus bonum vel malum opereatur? Quis ita desipiat, ut hoc dicat? Quorsum ergò exempla à coactione ducta, ad probandum, voluntatem, quæ in suis actibus elicitis coactionem pati nequit, libertate vel sub concupiscentiâ, vel sub gratiâ carere? Jure ergò repetam quæ venustè suo more Censor habet, pag. 61. (*questi esempj si adattano a probar l'intento del Censore, come lo stivale al cavallo*). Si velint Moliniani exemplis, ac similitudinibus decertare, exempla afferant à necessitate, non verò à coactione sumpta; ut probent aliquandò (id poterunt scilicet!) voluntatem sub efficaci gratiâ, vel

sub concupiscentiâ necessitati agendi subjectam esse. Verùm ab ejusmodi exemplis, ne suarum argumentationum ineptiam prodant, sempèr abstinent. Cum enim certum sit nunquàm hominis voluntatem necessitatem pati posse, nisi judicii tollatur indifferentia, utì evenit in amore felicitatis, vel in Dei intuitivâ visione, vel in animi motibus, quos primos vocant; si ab hujusmodi exemplis argumenta sumerent, statim cuique dispar ratio appareret inter hæc, quæ humanæ voluntati necessitatem sine dubio imponunt, atque inter concupiscentiam, vel gratiam, quæ cum judicii indifferentiam nullo pacto tollant, nec etiam voluntati vim eligendi adimere, neque illi aliquam vel minimam agendi necessitatem possunt inferre.

Ultrà quàm optaveram prætergressa est oratio: quapropter omitto quæ habet Censor, pag. 90. ubi ridiculis prorsùs exemplis indoctis suadere conatur, quòd si gratia Palafoxiana daretur, inutiles forent correptiones. Hoc idem objiciebant gratiæ Augustinianæ Monachi Adrumentini, hoc idem Semipelagiani, hoc idem paritè gratiæ efficacis assertoribus objectant quotidiè Molinia-

niani. Legat proinde Censor Augustini librum de Correptione & gratiâ, & libros ad Prosperum & Hilarium, quibus Semipelagianorum, & Molinianorum cavilli exsufflantur, & Palafoxii simûl doctrina ab ipsius calumniis vindicatur. Innumera alia, quæ addere possem, pariter omitto, in quibus licet Palafoxium Censor aggredi videatur, sententiam tamen de gratiâ efficaci, quæ certè in Scripturis, & Patribus firmissimum habet fundamentum, potius nititur impugnare; ut vel hinc satîs appareat, non posse Palafoxii dicta æquâ censurâ reprehendi, quin simûl gratiæ Divinæ efficacia evertatur: unde quis facilè colligat, Venerabilis Episcopi sententiam illam eamdem esse, quæ in Cathedris ac scholis, quamvis frustrâ obnitionibus Jesuitis, magno tamen Catholicorum plausu, quotidiè traditur, atque explicatur.

## CAPUT V.

*De legitimis notis quibus Catholici à veris  
Jansenistis secernuntur.*

**A** Paginâ 91. ad finem usque primæ partis Supplementi totus est Censor in veris notis afferendis atque explicandis , juxta varias Theologorum sententias , quibus gratia à Jansenistis asserta , ab efficaci gratiâ , quæ in scholis Catholicis propugnatur , jure possit discriminari . Sed vide hominis malitiam ! Eas omnes deindè notas ait vel non sufficere ad Catholicos à Jansenianis discernendos , vel prorsùs esse inintelligibiles : undè consequens erit , omnes efficacis gratiæ assertores vel Jansenistas esse , vel intelligi non posse quonam pacto à Jansenistis distinguantur . Lætor summoperè , quòd omnes unà cum Palafoxio in eâdem navi sumus : sed omnes tamen sumus in tuto , & à naufragii periculo quammaximè remoti . Nam quanti demum valere putandæ sunt notæ omnes à Censore allatæ ? Earum pretium ex cò quisque poterit conjicere , quòd vel sine illis distincti optimè semper fuerint  
in

in Ecclesiâ Catholici à veris Jansenistis.  
 Nam peto, cur Jesuitæ totiès Norisium, v. g.  
 Jansenistam appellârunt? Profectò quia iis  
 carebat notis, quæ ipsorum sensu Catholi-  
 cos à Jansenistis discernunt: & nihilo tamen  
 minùs Norisius à sanæ mentis Theologis om-  
 nibus, ab Ecclesiasticis judicibus, & à su-  
 premis Ecclesiæ Pastoribus probus piusque  
 Catholicus habitus est. Jesuitas verò è contrà,  
 qui tot malis artibus ipsius famam denigra-  
 re conati sunt, ut iniquos persequutores, ac  
 veros calumniatores omnes reputârunt. Idem  
 dicas de notis, quas affert Tournelius (quem  
 non puduit plura contra conscientiam scri-  
 bere, seseque infamis Duacensis nequitiae  
 auctorem mentiri, ut Jesuitis, ceu vile man-  
 cipium, pro spe mercedis inserviret). Idem  
 quoquè dicas de notis à Saleonno, aliisque  
 Molinianis pro suo lubitu confictis. Quot  
 enim celeberrimi Scriptores ideo ab ipsis Jan-  
 senianismi accusati, quod notas illas à se com-  
 mentas non præferrent, ab omnibus tamen  
 & à Summis potissimum Ecclesiæ Pontifici-  
 bus ut veri piique Catholici habiti sunt, at-  
 que habentur? Quisque ergò, qui communī  
 sensu non caret, quanti (inquam) notas hasce  
 valere putabit?

Sed

Sed quò tandem Jesuitarum processit superbia, ut in se unis totius Ecclesiæ auctoritatem residere putantes, ab ipsis quid credendum sit, ediscere Catholici teneantur? Hoc unum nempè supererat, ut fide divinâ crederemus, quæ nobis Jesuitæ credenda proponerent. Et quidèm hoc sibi arrogant, dum notas ac tesseras ex suo cerebro confitatas exhibent, per quas Catholici à Jansenianis separantur. Nam re quidèm vera, si mihi hæc propositio, *ad merendum, vel demerendum in statu naturæ lapsæ requiritur libertas indifferentiæ*, credenda exhibeatur; incunctanter securâ mente, & sincero corde, credo, & confiteor eam veram esse, quam summa divina Veritas revelavit. Si quis verò ulteriùs quærat: unde sciam divinam prædictæ propositionis revelationem? Illicò inhæsitanter reponam, Ecclesiam, quæ in tertiâ Jansenii propositione oppositum, tanquam hæresim, damnavit, de divinâ revelatione me reddere certum. Ita me gerens, fidem meam ab omni suspicione immunem, me satis probâsse existimâsem: quisque enim se obsequentissimum Catholicæ Ecclesiæ filium probat, dum veritates omnes à Deo revelatas,

quas

quas ipsa Sancta Mater Ecclesia credendas proponit, corde credit, atque ore confiteatur. At contrà clamantes audio Jesuitas: hoc tibi non sufficit; adhuc Jansenianus, adhuc Hæreticus es; nam & ipse Jansenius aliquam indifferentiam exegisse videtur ad meritum, vel demeritum. Ego quidem quid Jansenius dixerit, ignoro, cuius lectionem prohibet Ecclesia: sed tamen quid mihi præterea credendum sit, rogo, ut execrabilem hæreseos notam valeam declinare? Nos ipsi, reponunt Jesuitæ, quasdam veluti tesseras constituimus, quas habeat oportet, qui à Jansenianis erroribus longè abesse cupit, & à nobis inter Catholicos recenseri. Debes proinde tantam in homine etiam post lapsum indifferentiam agnoscere, ut sicuti docuit sapientissimus ille noster Molina, in mysticis Apocalypses animalibus jam divinitùs præsignatus (felix scilicet sæculum tanto ditandum thesauro!), hominem fateare, pleno virium equilibrio pollere ad bonum, atque ad malum peragendum. Ergo ut Catholicus audiar à Jesuitis, opus est dicam, ad merendum, vel demerendum in statu naturæ lapsæ talem indifferentiam requiri, ut homo sit perfectè in-

ter

ter bonum & malum equilibris? Sed insto: quis me de hujusmodi æquilibrii revelatione certum reddit? Hoc neque in Scripturis, neque in Ecclesiæ definitionibus, neque in Augustini libris invenio; quin immò in iis omnibus oppositum reperio (\*). Sed quin taces blatero? Jesuitæ reponunt. Quid nostra de Scripturis interest? Quid de Ecclesiâ? Quid de Augustino? Ita docuit Molina; ita docent Jesuitæ omnes; hoc te nôsse sufficiat; nisi & tu æquilibrium fateare, nisi dixeris hominem proximè & æquè expeditè sempè posse bonum vel malum operari, Jansenista eris, & Jansenista ab omnibus Jesuitis conclama-  
be-

(\*) *Sensus T cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia suâ.* Gen. 8. 2. *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, T captivantem me in lege peccati,* ad Rom. 7. 23. *Si quis per offensam prævaricationis Adam non totum, idest, secundum corpus T animam, in deteriorius dicit hominem commutatum... contradicit Scripturæ.* Conc. Araus. II. cap. 1. Et Augustinus dicenti Juliano tale esse liberum arbitrium, ut perfecto polleat æquilibrio, ut tam liberum sit homini sacrificium facere velle, quam nolle; tam liberum sit parricidium velle, quam nolle; tam liberum sit adulterium velle committere, quam nolle; tam possibile sit verum testimonium perhibere, quam falsum; tam liberum sit Deo imperanti obedire, quam diabolo suadenti. Augustinus, inquam, respondet. *Verum dicens: hoc est liberum arbitrium; tale omnino accepit Adam.* Sed quod datum est à Deo Conditore, T à deceptore vitiatum, utique à Salvatore sanandum est. L. 3. operis imperf. num. 110.

beris. Me miserum! Quas terribiles minas audio! Credam ne ergò novas Molinæ factas revelationes, & fides mea deinceps uni Jesuitarum testimonio innitetur?

Hoc sanè vellent Jesuitæ, qui non modò totam Romani Pontificis sibi arrogant summam auctoritatem, verùm etiam & majorem. Quidquid ipsi probant ab omnibus probatum volunt, rejectum verò quidquid rejiciunt; seipso erroris & peccati expertes jactant, amant salutationes in foro, & ab omnibus Ecclesiæ Magistri vocari. Anne hæc factis comprobare opus erit, ne veritatem videar excessisse? Ex innumeris aliqua retulisse non pigeat. Nonne supremi Pontificis jure se pollere arbitratus est Claudio Acquaviva, qui sui Nepotis Rodulphi, statim ab ipsius morte apotheosim celebravit? Sed quanam majori auctoritate ii fulgebant Jesuitæ, qui suos consocios, propter gravissima scelerata ultimo supplicio affectos, beatorum titulo decorantes, eosque virtutibus eximios, & dæmoni solùm invisos & fautoribus ejus prædicantes, pictis tabellis inter alios Sanctos fidelibus colendos exhibuerunt? Hac nostrâ quoquè tempestate hujuscce Jesuiticæ san-

Et titatis monstra conspeximus. Sed parva sunt isthæc. Quantum sibi potestatis non putant inesse , dum expressas Apostolicæ Sedis decisiones & decreta , vel non curant , vel eludunt , vel contemnunt ? Damnent , ut lubet, Supremi Ecclesiæ Pastores Sinenses Ritus ; damnent tot laxas , & scandalosas eorum in re morali propositiones ; damnent eorum audaciam in Sacramentis sine legitimâ potestate ministrandis ; damnent opera Berruyerii; præcipiant ne quis Jansenista dicatur , nisi aliquam ex damnatis propositionibus docuisse convincatur ; quid ipsorum interest ? Quin immò in hoc pugnarum genere ipsi milites planè exerciti , constantes firmique stabunt in acie ad suræ societatis jura propugnanda; & ne quis eorum dicatur vel errasse , vel peccâsse , omnia turbant , & cœlis maria missent. Et hæc quoquè parva sunt , etiam majaora videmus. Tantum sibi tribuunt , & tantum audent , ut tamdiù permansuram Ecclesiam , quamdiù ipsi steterint ; se verò cadentibus , Ecclesiam quoquè collapsuram vociferantur. Quis similes blasphemias , à viris Catholicis , qui Christi promissa credunt , proferri posse putaret , nisi in tot eorum scriptis

ptis hujusmodi æquè impias atque insulsas  
voces quotidiè legeremus? En quæ sui animi  
sensa in Italico Epigrammate Romæ nupèr  
vulgârunt.

*Nè sia giammai , che il gran Pastor Romano  
Voglia in preda a' nemici abbandonarla , (\*)  
Se non vuol che ancor cada il Vaticano.*

Sed apagè insanias , apagè blasphemias !  
Ad nostrum institutum nunc redeamus. Quan-  
tum ad me attinet , Fidem meam Ecclesiæ ,  
ejusque Pastoribus divinas revelationes pro-  
ponentibus , unicè devovi ; Jesuitis autem  
quos scio tot mentiendi sine scrupulo , tot  
pejerandi modos excogitâsse , nec juratis cre-  
dam. Quapropter eas omnes inter veros Jan-  
senistas & Catholicos distinctionis notas ,  
quasque auctor Supplementi affert ex suo  
penu , quasque ex Turnelio , Saleonno , a-  
liisque Molinianis mutuatur , non curo , im-  
mò & derideo , & aspernor. Nunquid à Mo-  
linistis ea nobis erunt discenda quæ circa Dei  
gratiam & hominum libertatem credere de-

Aa 2

be-

---

(\*) Societatem scilicet.

bemus? Nos veri Ecclesiæ filii, ea omnia fide divinâ, tanquam à Deo revelata credimus, quæ S. Ecclesia Catholica Mater nostra nobis credenda proponit: ab ipsâ solâ discimus, quos circa Dei gratiam, atque hominum libertatem caveamus errores. Ipsius namque muneris est suos filios ritè instruere & docere, quasque amplectantur veritates, quosque devitent errores, indigitare. Ad ipsam proindè unicè pertinet legitimos characteres, quibus à veris Jansenistis Catholici secernantur præscribere. Et quinque reverà inter utrosque distinctionis claras, expressas, infallibiles, cunctisque intelligibiles notas ipsa Sancta Mater Ecclesia proponit, quas omnes, & non alias, venerabundo corde, & firmissimo mentis assensu amplector, & sequor. Dum verò Pastoralem Epistolam Palafoxii ad istarum regularum, quas tradit Ecclesia, fulgidissimum lumen perpendo, quammaximè gaudeo, quòd nihil in illâ Jansenianum, nihil non Catholicum possit reperiri.

Prima igitùr inter veros Jansenianos & Catholicos distinctionis nota sit, quòd illi dicant, *aliqua Dei præcepta hominibus justis impossibilia esse*, secundùm præsentes, quas habent

*vires : deesse quoquè eis gratiam , quâ possibilia fiant.* Catholici è contrà hanc propositionem veluti hæreticam execrantur , atque ore & corde profitentur , nunquam homini justo impossibilia esse præcepta Dei , nunquam illi gratiam , quâ possit mandata implere , si velit , deesse. At ubinam Palafocius dixit , esse præcepta Dei impossibilia? Nusquam in totâ illâ epistolâ quid simile reperies. Dixit quidem sèpè , & planè optimè , se propriis naturæ viribus Dei præcepta servare non posse. Sed memor Tridentini Canonis sess. vi. cap. 11. ex Augustino desumpti , lib. de natur. & grat. cap. 43. *Deus impossibilia non jubet , sed juvendo monet , facere quod possis , & petere quod non possis ; agnoscens suam ad benè agendum impotentiam , in totâ suâ Pastorali epistolâ petit quod non potest : orat scilicet Deum , ut sua gratia faciat , ut possit.*

Adverte tamen , quòd si quis diceret , præcepta Dei impossibilia esse peccatori , non ideo Jansenianus esset , nec posset in hac propositione sufficiens statui discrimen Catholicos inter ac Jansenistas. Nam cùm dixisset Jansenius , *non tantum infidelibus , obcœcatis , & obduratis , sed etiam fidelibus & justis im-*

*impossibilia sunt præcepta Dei*; hæc propositio pro eò dumtaxat, quod ad justos attinet, damnata est: undè manifestè sequitur, eamdem propositionem, prout infideles respicit, obcæcatos atque obduratos, ab omni censurâ esse immunem. Concil. quoquè Trident. sess. vi. can. 18. consimilem damnando propositionem, expressis verbis de justis tantum loquitur: *Si quis dixerit Dei præcepta homini etiam justificato, & sub gratiâ constituto, esse ad observandum impossibilia; anathema sit.* At nec Palafoxius, nec alius, quem sciam, de scholâ Augustini Theologus, hominibus infidelibus & obcæcatis præcepta Dei dicit impossibilia: & jure merito. Impossibile enim illud dicimus, quod nullo pacto fieri potest: at Dei præcepta sempèr per ipsius gratiam possumus observare. Hinc Augustinus ait lib. de grat. & liber. arbitr. cap. 16. *Deus jubet aliqua, quæ non possumus, ut noverimus quid ab illo petere debeamus. Ipsa est fides, quæ orando impetrat, quod lex imperat;* & ibid. cap. 18. *Præcepto admonitum est liberum arbitrium, ut quæreret Dei donum.* Hinc fidelissimus Augustini discipulus Palafoxius ideo totam, ut ajebam, suam Epistolam Pastoralem concinnat,

nat, ut fideles doceat, eorumque liberum arbitrium admoneat, quomodo querant, & orando impetrant Dei donum, quo adimple-re possint, quod lex imperat.

Alterum inter Catholicos, & veros Jansenianos discrimen esto: quod isti asserant, *in statu naturae lapsæ interiori gratiæ nunquām resisti*. Catholici è contrà hanc hæresim dam-nantes atque execrantes, etiam in hoc naturæ lapsæ statu dari gratiam fatentur, cui huma-na voluntas resistit. Hanc item gratiam ro-tundis verbis Palafoxius confitetur, qui sæpè conqueritur, se à propriæ concupiscentiæ vi ad terrena distractum, divinis inspirationi-bus, & cælesti gratiæ restitisse. Distat ergò à damnato errore Vener. Episcop. quantum Catholica veritas ab hæresi.

Tertium discrimen esto, quod veri Jan-senistæ dicant, *in statu naturæ lapsæ ad merendum, vel demerendum sufficere libertatem à coactione*. Catholici è contrà uti hæreticam hanc propositionem damnant, & in hoc natu-ræ lapsæ statu libertatem à necessitate, & indifferentiæ omnino exigunt ad meritum vel demeritum. Hanc quoquè libertatem sæpis-simè adstruit Palafoxius, dicens: Deum ita ho-

hominem posuisse in manu consilii sui , ut ipse per suum liberum arbitrium eligat inter bonum & malum , inter vitam & mortem , inter præmium & supplicium . Porro ubi electio , nulla necessitas . Addit etiam expressè num. 22. hominem operari cum indifferentiâ ad bonum , & ad malum . Non poterat sanè clarioribus verbis dogma Catholicum asserere : ab omni proindè erroris notâ est quâm longissimè alienus .

Quartus veri Jansenismi character est , affirmare , ideo *Semipelagianos hæreticos fuisse , quod gratiam admiserint , cui posset humana voluntas resistere* . Hanc propositionem è contrâ falsam esse clamant Catholici , non enim ex hac ratione hæretici fuere Semipelagiani . Insuper addunt , hæreticam quoquè esse , supponit enim nulli gratiæ humanam voluntatem posse resistere . Hæc propositio ad Palafoxium non pertinet , qui de Semipelagianis non loquitur . Sed implicitè tamen hunc evertit errorem , humanam asserens voluntatem Dei gratiæ resistere , & divinas rejicere inspirationes .

Quintum tandem discrimen esto ; quod veri Jansenistæ dicant ; *Christum non esse mortuum*

*tuum pro omnibus hominibus.* Hanc è contrà propositionem veluti falsam , temerariam , & scandalosam rejiciunt Catholici : immò addunt , hæreticam quoquè esse , si ita intel-ligatur , ut Christus pro Prædestinatis dun-taxat se dederit in redemptionem. Fatentur enim uno ore , Christum mortuum esse pro omnibus omnino hominibus: *Verum* (subdunt cum Concil. Trident. ses. vi. cap. 3.) etsi ille pro omnibus mortuus est , non omnes tamen mor-tis ejus beneficium recipiunt , sed ii dumtaxat , quibus meritum Passionis ejus communicatur. De Christi morte pro omnibus expressè non agit Palafoxius , nec ut ageret ferebat occasio. Sed implicitè tamen Catholicam veritatem fatetur , dum in suâ Pastorali , quam typis impressam voluit , ut omnibus obvia esset , hæc verba num. 53. & alibi similia , cunctis dicenda proponit . „ Tu Deus meus , Tu „Creator , Redemptor , & Salvator meus , tua „gratia , tua pietas , & misericordia , tuus „sanguis , tua mors , tua crux , sunt princi-pium , medium , & finis meæ salvationis . „ Qui omnes , inquam , homines , ut hisce cor-dis affectibus orent , hortatur , pro omnibus

quidèm Christum mortuum esse fatetur.

Hæ quidèm sunt veræ notæ , hæ sunt legitimæ tesseræ , quæ dividunt Catholicos à veris Jansenistis , Ecclesiæ filios ab hæreticis . Has nobis proponit S. Mater Ecclesia , ejusque Supremi Pastores , quibus unis in rebus Fidei auscultare debemus . Quin immò Romaní Pontifices , & præsertim Innocent. XII. vetuerunt , ne ullus ut Jansenista haberetur , vel traduceretur , de quo legitimè non constitisset , quòd prædictas damnatas propositiones , vel ex iis aliquam docuisse t. Cui tamen decreto Jesuitæ ( quorum firmum , fixumque systema est , non utique Ecclesiæ , sed sui Molinæ doctrinam defendere , extollere , & propagare ) nec obtemperârunt unquam , nec obtemperant ; ut meritò refractarios eos dixeris contra omnes summarum Protestatum sanctiones , quæ ipsis non placent . Nos verò eorum dicta , calumnias , argutationes , cavillos deridentes , contemnentes , aspernantes , eos omnes qui prædictas Janse-nismi tesseras , vel ex iis aliquam , præseferunt , cum Ecclesiâ Catholicâ anathematizamus , atque execramur : ceteros autem , qui

pro-

probrosis illis tesseris carent, quamvis cre-  
pantibus buccis à Jesuitis, ac Molinianis in-  
vidioso Jansenistarum nomine appellantur,  
utì veros Ecclesiæ filios, nostrosque fratres  
excipimus atque amplectimur, immò tan-  
quàm veræ sanæque Augustini doctrinæ as-  
seclas, ac propugnatores suspicimus, ac ve-  
neramur.

Quos inter procul dubio eminet Vene-  
rabilis Episcopus Joannes de Palafox, qui  
moribus sanctissimus, doctrinâ præstantissi-  
mus, superiori sæculo quasi astrum refulsit  
in domo Dei; cujus potiores virtutes fuere  
insignis pœnitentia, ardens salutis animarum  
zelus, & in perferendis iniquis Jesuitarum  
persequutionibus invictâ patientiâ & cons-  
tantia. Ipsius sanctitatis ac doctrinæ testes lu-  
eulentissimos habemus tot ejus opera; & po-  
tissimum Pastoralem Epistolam ad Angelo-  
politanos directam, quæ undique sui auctori-  
ris pietatem redolet, ac devotionem: quam  
jure dicere possumus perfectissimam Chris-  
tiani hominis orationem. Quapropter rogo  
eos iterùm, qui hoc opusculum lecturi sunt,  
atque obtestor, ut iimet ipsi hanc Pastora-

lem Epistolam legant: nullā enim illustrior Palafoxii apologia contra malignos obtrectatores, quām ejusdem Epistolæ lectio. An ignorantibus Fidem Catholicam loquimur? Cujus nam Catholici, in Fidei rudimentis probè instructi, statim aures non offendit quālibet propositio, quæ sanctæ Fidei, nobis ab incunabulis, speciali Dei gratiâ, traditæ, aliquo pacto adversa videatur? Nempe hæc est illa fidei vox, quæ statim semper erupit etiam ab indoctis, dum primo novæ hæreses sunt exortæ. Quid ergo aliorum testimonio opus est? Legatur ipsa Pastoralis Epistola, & judicent lectors an quidquam in ipsâ sit, quod religionem non spiret. Hinc sæpè viris devotis auctor fui, ut in suis quotidianis orationibus hanc epistolam non tam lectione, quām animi meditatione, & cordis affectu paulatim percurrent, uberrimum indè fructum reportaturi, tanquām ex saluberrimo animæ cibo, qui mentem valeat spirituali pabulo nutritre, dispersas cogitationes revocare, virtutes adhuc debiles roborare, devotionem fovere, cor à terrenis cupiditatibus retrahere,

re, & animi tandem affectus ad humilitatem, pœnitentiam, & Dei amorem inflammare. Sed cibus iste Jesuitis non sapit. Quid mirum? Eorum palato, amarissimo adhuc felle contra Palafoxium infecto, quidquid ipsius est, amarum sapit. Ita se res habet. *Palato non sano pena est panis, qui sano suavis est, & oculis ægris odiosa est lux, quæ puris amabilis.* Augustinus Confessionum, lib. 7. cap. 16.



---

# MONITUM

## AUCTORIS.

R Oget nūnc quis, cui bono hoc opus-  
 culum, & quibusnam tandem scrip-  
 serim? Nūm viris doctis, atque in  
 rebus Theologicis apprimè versatis? Minimè  
 verò. Superfluus namque labor fuisse: tūm  
 quia id mihi persuasum est, vix posse virum  
 doctum istiusmodi liberculorum, quos contra  
 Venerabilem Episcopum de Palafox vulga-  
 vit malè sana Adversariorum petulantia, le-  
 ctionem sustinere; tantam enim præferunt  
 rationum inconstantiam ac levitatem, tan-  
 tam auctorum ignorantiam, ac procacitatem,  
 tam səpē ea argumenta veluti nova repetunt,  
 quæ jam sexcentiès protrita sunt ac dissipata,  
 tot deniquè mendaciis apertissimis abundant,  
 ut docto, frugique viro fastidium creare de-  
 beant: tūm etiam quia cuilibet Theologo,  
 qui tales liberculos legere patietur, plura ac  
 meliora sua mens ipsa proferet pro Palafoxio  
 argumenta, quām poterit in hoc meo o-

pus-

pusculo invenire: quod proindè, ne mihi  
vetustum proverbium regeratur, *in sylvam ne  
ligna feras*, doctis viris, ac Theologis diri-  
gere non ausim.

Nùm ergò indoctis, imperitis ac mu-  
lieribus loquor? Multò minus. Quid enim  
apud ipsos proficerem? Intelligunt ne ipsi  
quid sit hominum libertas, quid Dei gratia,  
quæ animi nostri conditio, quomodò volun-  
tas ad agendum se moveat, vel quomodò à  
Divinâ gratiâ dirigatur? Hanc itaque pro-  
vinciam de rebus hisce cum indoctis loquen-  
di integrum meis adversariis relinquo, qui  
cum omnia sua argumenta vel mendacio, vel  
derisione, vel admiratione concludant, plu-  
rimum lucri apud ejus sortis gentes capessere  
nôrunt. Atterdite, inquiunt (indocti ac mu-  
lieres interea conticescunt, intentique ora  
tenant) perversos hosce Jansenistas, quos  
inter primas sedes obtinet Palafoxius! homi-  
nem suâ gratiâ efficaci destitutum, ajunt esse  
veluti cœcum, vel vinculis ligatum! Quis  
verò stultus cœcum videre, vel compeditum  
ambulare juberet? Quis ita inhumanus, &  
ferox, cœcum, quòd non videat, vinculis  
coercitum, quòd non ambulet, puniret? Et

tamen perversi Jansenistæ asserere non verentur, Deum optimum hominum Patrem, infelices hosce, quibus præceptorum observantiam impossibilem esse ajunt, æternis damnare suppliciis. Audite adhuc, quæ absurdæ de suâ proferunt efficaci gratiâ! Qui illa impelluntur, tanquam si fune attrahantur, vel inviti necessariò debent bonum operari: immò addunt, nec quidquam ipsos operari, sed Deum operari in ipsis, ut tandem sine labore, sine propriâ cooperatione, tanquam mercedem, præmium & coronam, æternam gloriam consequantur. O insanias! O detestabiles hæreses! Heu! quantum laboravimus, ut hisce erroribus eversis, sana fides, quam Molina docuit, ab omnibus amplexeretur! Verum infaustis hisce temporibus Jansenistis plenus est Orbis, & ipsa quoquè Roma, quod pejus est, tales pestes suo sinu fovet, & alit. Eorum immani persecutio si aliquandò opprimamur, ipsa quoquè Catholica Fides, ipsa Dei Ecclesia, uno nobiscum tumulabitur sepulcro. Hæc dicentibus Palafoxii inimicis, plaudunt simul & compatiuntur indocti ac mulieres, & risu tandem, cachinnis, & maledictis eos excipiunt, quos perfidos, &

qui-

quibuscunque hæreticis deteriores, Jansenistas appellant. I nunc, & quantum vis labora, ut stultis hisce mentibus suorum magistrorum vel crassam ignorantiam, vel dolosam nequitiam, vel fortasse utramque persuadeas: laterem certè levabis, & oleum tempusque perdes. Sed de hisce magistris dictum quoquè noverimus Evangelicum præceptum. Mat. 15. *Sinite illos: cœci sunt, & duces cœcorum.*

Quapropter hisce posthabitatis, tantummodo recti judicii, cordatisque viris, sed parùm in rebus Theologicis versatis, vel etiam ipsis Theologiæ studiosis, sed adhuc novitiis hoc meum opusculum directum volo, quibus aliquod facessere negotium Adversariorum poterunt difficultates, exsuccæ quidem, & roboris vacuæ, sed tanto verborum apparatu, tantâque animi confidentiâ productæ, ut tyronum mentes valeant aliquo pacto commovere. Nec enim eo consilio hoc opus aggressus sum, ut nudam texerem pro Palafoxio apologiam; ad hoc namque satis superque fuisset, Auctorem scripturæ tribus columnis distinctæ imitando, in medio totam exscribere Ven. Episc. Pastoralem, & ad latera ex unâ parte consimiles Sacrarum

Scripturarum textus, Conciliorum canones, Ecclesiæque preces apponere; ex alterâ verò Sanctorum Patrum præsertim Augustini, Prospéri, Fulgentii, Gregorii Magni, & Bernardi sententias: undè cuique oculos habenti confessim appareret, nihil omnino à Palafoxio proferri, quod ex illis limpidissimis fontibus haustum non fuerit: proindeque hoc unum ipsius adversarios tot maledicis scriptis lucrari, quot suas prodant ignominias, quas saniore consilio occuluisserent. Sed mihi, ut ajebam, non tam curæ fuit, ut Palafoxium defenderem, cuius doctrina ab Apostolicâ Sede jam probata, nec Jesuiticos impetus veretur, nec aliorum indiget vindiciis; quàm ut novitios hosce Theologos instruerem, iisque arma ministrarem, quibus non modò objecta Palafoxio argumenta facili negotio dissolverent, sed quoscunque etiam Molinianorum contra efficacem gratiam conatus non pluris, quàm pueriles ludos aestimarent. Nec quidquam reverà contra Ven. Episcopi Orthodoxiam objectum legi, quod in omnibus Molinianorum libris efficacis quoquè gratiæ assertoribus non objiciatur. Una illis communis est causa, eadem sen-

ten-

tentia, iisdem armis impetuntur; armis quidem jam diù ab Augustino elisis, & contritis, quorum frusta & fragmenta Moliniani adhuc colligunt, ut pugnam instaurent. Nolui idcirco omnia adversariorum dicta ad trutinam vocare, nolui cuncta Palafoxii verba ab ipsis notata defensare, sufficere posse arbitratus, si Lectoribus ea explicuisse principia, quibus à seipsis cetera Palafoxio objecta dispellere possent. Quos rursus, ut instructiores contra Molinianorum furores inveniantur, adhuc pauca monitos volo.

Et I. Qui hominis libertatem denegant, non modò ut veri hæretici digni sunt, qui ab Ecclesiâ anathemate confixi ejificantur, sed prorsus mihi videntur tanquam stultissimi in Anticyram ablegandi. Libertate siquidem nos potiri in agendo, quamvis ex Dei revelatione nesciremus, quisque tamen ex se ipso abundè noscere potest. Quis enim rem secum reputans, seseque circumspiciens, intimo animi sensu, propriâque experientiâ non percipit, se ita liberum esse, ut quæ agit, si nollet, non ageret? Et ipsi perverxi homines, utcunque ad vitia proni, & qui insigni virtute, morumque sanctitate præ-

stant, nonne evidenti ratione nōrunt, quòd eadem mala, vel bona, quæ peragunt, si nollent, non patrarent? Nempe illa eadem experimentalis cognitio, ex quā certò haurimus, nos reverà cogitare dum cogitamus, sentire dum sentimus, nos quoquè certos reddit, tantâ animum nostrum libertate frui, ut quæcunque plenâ mentis cognitione operamur, possemus non operari, si nollemus. Quam ridiculi sunt ergò Moliniani, qui bonis viris suadere volunt, efficacis gratiæ assertores libertatem evertere, tanquam si gratia efficax hoc intimo propriæ libertatis sensu homines expoliaret! At pari, existimo, facilitate recentes isti magistri suis stultis sectatoribus persuaderent, homines non agere dum agunt. Nonne sycophantæ illi, quos impugnandos suscepi, Palafoxium dixere in salutis æternæ negotio hominum sustulisse cooperationem? Nimirūm Palafoxium accusant, perindè ac si dixisset, nihil homines agere, dum bonum agunt. Et tales tantasque ineptias totâ animi confidentiâ asseverant! Et credi sibi volunt tanquam magistris ex cathedrâ loquentibus! Et nisi ipsis credatur, irascuntur ac fremunt! O insanias mentes!

Quam-

II. Quamvis autem de nostrâ nobis libertate planè constet, & intima nobis conscientia dictet, tantâ nos indifferentiâ operari, ut quæ agimus, si nollemus, plenâ atque integrâ potestate non ageremus; apud omnes tamen loquendi usus obtinet, ut ea dicamus nos non posse, quæ definitè facere nolumus. Si mihi deambulanti amicus occurrat, quem latus excipiens, rogo, ut paulisper ad colloquendum subsistat; ne momentum quidèm morari possum, ille reponit, aliò me gravia negotia vocant. Nunquid ille reverà non poterat? Quâ necessitate urgebatur? Nullâ profectò: liber erat, ut si vellet, consisteret; sed quia suis negotiis moras nectere solebat, quod solebat facere, dixit se non posse. Eodem planè sensu vitiis immersos sæpè diligentes audimus, sibi temperare non posse peccatis. Quis verò eos urget, nisi sua libera voluntas? Ita pariter qui virtutum exercitio assuevere, quique Deo ardenti charitate adhærent, se à mandatorum semitâ recedere non posse dicunt. Ideò ajebat Joseph Gen. 39. *Quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* Ideò dicebant Apostoli act. 4. *Non possumus quæ vidimus & audi-*

*divimus non loqui.* Anne reverā non poterant? Quis illos libertate privārat? Poterant sanè: sed communī hominum more ea se non posse dicebant, quæ firmā ac definitā sententiā facere nolebant. Eādem omnino significatiōne has, si milesque loquendi formulas adhibemus; *necessē est, necessitas cogit &c.* Hinc legimus Sap. 19. *Ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas.* Pari modo ajebat Apost. 1. ad Corinth. 9. *Si evangelizāvero non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit.* Judas vers. 4. *Necesse habui scribere vobis.* Et alibi sēpissimè: quibus loquendi modis nemo dicit veram necessitatē, quæ indifferentiæ libertati opponitur, designari. Quis verò censorum insaniam hinc non infert, qui quoties verbum *non posse* Palafoxius usurpat, toties ab ipso sublatam libertatem, agendique necessitatē inductam vociferant?

III. Clarior res erit, si nostræ voluntatis indoles, nostræque libertatis essentia intiuīs consideretur. Nostra itaque voluntas ex suā naturali constitutione, non potest nisi in bonum ferri, quod est ipsius proprium & peculiare objectum. Eādem autem vi, quā bonum ipsa prosequitur, refugit à malo,  
quod

quod cum nihil re ipsa sit, est tamen ipsius boni defectus. Cum verò bonum proprium sit voluntatis objectum, ipsam necessariò delectat, quam è contrà malum afficit tristitia. Sic enim à naturâ constituti sumus, ut omnis potentia ex objecto sibi proprio delectationem percipiat. Hinc intellectus delectatur vero, visus colorato, auditus sonoro &c. Motus autem ille quo voluntas in objectum fertur, dicitur, amor. Quòd si quis quærat, quarè voluntas aliquod amet objectum? nihil habes quod respondeas, nisi quia ipsam delectat. Si verò ulteriùs quærat, quarè delectet? id solum reponi potest, quia bonum est: quodlibet enim bonum per delectationem ad se attrahit voluntatem; quam è contrariò per tristitiam, quam ingerit, malum repellit.

IV. At felix valdè esset, atque invidenda hominum conditio, si omne bonum quod prosequuntur, omne malum quod aversantur, esset in se reverà bonum, vel malum: sed sàpè maximo eorum infortunio, bonum, quod amant, & malum, à quo fugiunt, non est verum, sed tantùm apparens. Hoc autem indè ortum dicit, quòd cum voluntas

non

non possit objectum amare , nisi prius ipsius bonitas cognoscatur ab intellectu , eique representetur , s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> intellectus errat , judicio saltēm , ut ajunt , *practicō* , & malum voluntati offert , sub specie boni , bonum verò sub ratione mali . Sed adhuc tamen voluntas dum verum malum prosequitur , nititur sempè in bonum , apparen<sup>s</sup> quidēm , non verum : nec potest unquām , juxta commune adagium , malum amare , quatenūs malum appetit ; nec bonum odisse , quatenūs bonum .

V. Itaque priùs necesse est , ut intellectus objectum cognoscat , deque ipsius bonitate judicium ferat , ut illud possit voluntas amare . Non quod hasce animi nostri facultates vel inter sese , vel ab animā distingui- mus . Facessant jam istæ obsoletæ scholarum nūgæ : sed ipsamet rationalis anima , quæ dum cogitat , dicitur intellectus ; dum verò vult , appellatur voluntas ; non potest quidpiam velle , quod priùs ipsa non cognoverit . Hinc vulgare axioma ex Augustino depromptum lib . 8 . de Trin . cap . 4 . *Nemo amare potest incognitum* . Intellectus ergò in homine tanquām judex assidet , qui de cujusque propositi objecti bonitate , vel malitiā sententiam pro-

nuntiat. Sed quoniam dum in hoc mortali corpore degimus, non modò gravi naturaliter laborat ignorantia, quæ major vel minor est, pro theoreticorum habituum, quibus exornatur, ratione; sed præterea in consilium adhibet educationis præjudicia, voluntatis tūm ingenitas, tūm adquisitas propensiones, sensuum oblectamenta, vulgi opiniones, similesque infidos suasores; horum fraudibus seductus ac fascinatus, iniquum sæpe judicium profert, ac voluntati sub ratione boni verum malum repræsentat, ac sub mali specie verum bonum. Jure ergo ajebat Psalmista. Psalm. 61. *Mendaces filii hominum in stateris: & Psalm. 115. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.* Nullum verò est objectum, in quo, dum vivimus, boni sīmūl malique rationes intellectus non reperiatur, unā exceptā felicitate, quæ omnis boni affluentiam, & cuiusvis mali defectum suā notione significat. Nam quid Deo melius? & tamen in Deo quoquè quid mali intellectus reperit: puta quòd sensuum vetet illecebras, quòd temporales pœnas infligat, quòd legis transgressoribus minitetur æternas &c. Quid peccato pejus? Et etiam in peccato ceu bo-

num intellectus agnoscit, quod sensus oblectet, vel quod aliquid afferat terreni honoris, vel temporariæ felicitatis. Ipsamet limitatio, quæ omnibus creatis bonis inest necessariò, est quoddam, veluti malum, quod judicium non effugit intellectus. Singulas autem tūm boni tūm mali rationes, quas in singularibus objectis intellectus percepit, exhibet voluntati, quæ statim pro suâ naturali conditione, sicuti ex ratione boni erga objectum rapitur, sic pariter propter exhibitam mali speciem, ab illius repellitur prosequitione.

VI. Hinc libertas exurgit, quæ voluntatis quidèm proprietas est, sed tota omnino ab intellectus cognitione dependet. Si enim de aliquo objecto cognitionem nullam habeat intellectus, nulla pariter erga illud libertate gaudet voluntas: posset alioquin ipsa ferri in incognitum, quod plane impossibile est. Proinde infantes, dormientes, amentes, qui usu rationis carent, sunt omnis pariter libertatis expertes. Sempèr autem ac homo usu rationis pollet, liber quidèm est in volendo, quamvis aliquâ extrinsecâ vi, vel necessarii instrumenti defectu, cogi possit, ne quod vult agat: ut si quis ambulare

yolens, vinculis detineatur, vel pedibus ca-  
reat. Tunc verò coactionem patitur, & invi-  
tus vel ad agendum impellitur, vel ab agen-  
do prohibetur, & jure de amissâ conqueri-  
tur libertate. Cui tamen coactioni etsi sub-  
esse ex actiones possunt, quæ à voluntate  
imperantur, nunquam tamen ipsa subjacet:  
quotiescunquè enim voluntas intellectus cog-  
nitionem sequitur, sempè libera est in vo-  
lendo, vel nolendo. Sed hæc ipsius libertas  
adhuc duplex est. Si enim cognitio, quam  
voluntas sequitur, sit necessaria: hoc est: si  
intellectus sub unicâ ratione boni objectum  
percipiat, itaut nullam mali speciem in ipso  
deprehendat; voluntas sponte quidèm, sed  
necessariò in illud fertur, tanquam in suum  
proprium & naturale objectum. Hæc autem  
dicitur in scholis *libertas à coactione*, sive lu-  
bentiae: quæ juxta expressas Ecclesiæ defini-  
tiones, in hoc naturæ lapsæ statu non suffi-  
cit ad meritum, vel demeritum. Hac liber-  
tate felicitatem naturaliter appetimus; hac  
beati in Patriâ feruntur in Deum, quem facie  
ad faciem vident; hac item solâ gaudemus in  
repentinis motibus, quos *primos* vocant; dum  
scilicet statim ac intellectus primo aspectu

solam boni vel mali rationem conspicit in  
 objecto, illicò voluntas illud ardet, vel aver-  
 satur. Si verò cognitio sit indifferens, ita ut  
 intellectus & boni, & mali rationes in pro-  
 posito cognoscat objecto, indifferens pari-  
 tè libertas erit: quæ proindè *libertas à neces-  
 sitate, sive indifferentiae* appellatur. Hac li-  
 bertate in omnibus nostris actionibus, quas  
 plenâ mentis cognitione peragimus, potimur;  
 uno excepto felicitatis amore. Quòd autem  
 voluntas necessariò agat in primo casu, non  
 verò in secundo, indè ratio sumenda est;  
 quòd cum bonum per delectationem ad sui  
 prosequutionem alliciat voluntatem, objec-  
 tum quod sub solâ ratione boni illi demon-  
 stratur, eam plenè delectat, & undique, ut  
 ita loquar, absorbet, atque attrahit, quæ pro-  
 indè sponte quidèm, & lubens, sed neces-  
 sariò illud amplexatur. Dum verò intellec-  
 tus boni simùl ac mali rationes exhibit vo-  
 luntati; utì ista sibi complacet in bono, sic  
 tristatur in malo; sicuti ab illo trahitur, ita  
 ab isto repellitur: indifferens ideo remanet,  
 ut objectum vel prout bonum, prosequatur,  
 vel rejiciat prout malum.

VII. Quamvis autem libera sit volun-  
 tas,

tas, plenâque possit indifferentiâ eligere vel rejicere objectum, quod sub boni, ac mali specie repræsentatur, sempèr tamen dum agit sequitur quod ipsam magis delectat: ut si in oblate sibi objecto major sit oblectatio, quam ex majoris ratione boni degustat, quam tristitia, quâ propter mali speciem afficitur; illud certò amplectetur: atque è contrario certò rejiciet, si tristitia superet delectationem. Sic pariter inter plura, objecta sibi placentia, quæ simûl voluntas habere nequeat, sempèr illud eligit, quod magis delectat. Hinc ajebat Augustinus in expos. epist. ad Gal. cap. 5. Necessæ est voluntatem secundum id operari, quod amplius nos delectat. Et lib. 11. de Civit. Dei cap. 28. ait, quod sicut corpora vel levitate sursùm, vel gravitate deorsùm nituntur, ita animi amore feruntur. Ita enim corpus pondere, sicut animus amore fertur quocumquè fertur. Et l. 6. de Musicâ, cap. 11. Delectatio quasi pondus est animi, ergo delectatio ordinat animam. Sequitur ergo sempèr voluntas, quod magis delectat; sed plenâ indifferentiæ libertate, cum illud æquè deserere posset: sed deserere non vult, quia illud amat præ aliis; amat,

quia magis delectat ; magis autem delectat, quia sub majoris boni specie ipsi repræsentantur. Hæc omnia ad ipsam pertinent voluntatis constitutionem , quæ suâpte naturâ ita formata est , ut sicuti amare non potest non præcognitum objectum , ita bonum non amare non possit ; & sicuti necessariò ferri debet erga objectum undequaquè bonum , ita indifferens sit oportet , dum boni simûl & mali species ipsi exhibetur. Sed quia unica suarum determinationum ratio voluntati est percepta ex bono delectatio , ideo sempè eò vergit , quò major amplioris boni delectatio ipsam trahit.

VIII. Probè novi quanta molèti sint studiosi Molinæ sectatores , ut claras hasce & solidissimas notiones , si quo modo possent , labefactarent. Totam suarum Peripateticarum qualitatum cohortem in subsidium advocant , atque ab ipsâ quoquè Dei omnipotentiâ suppetias querunt. Et Deum , quem ajunt non posse prædefinito consilio peccatoris animum ita mutare , ut liberè simûl & infallibiliter convertatur , nunc asserunt , posse per ignotas quasdam qualitates , quas *impedientes* , vel *necessitantes* vocant , homi-

minis voluntatem à majoris boni proseguitione retrahere, vel ad boni sui indifferenti judicio cogniti necessarium amorem impellere: tanquam si Deus posset constitutas à se, juxta suas immutabiles ideas, rerum naturas immutare. Sed incassūm nituntur; & quamvis inertes eorum conatus multiplici rationum genere retundere possem, si hanc sibi tempus tractationem posceret: id tamen mihi sat erit, omnium prorsūs hominum conscientiam appellare, fidemque testari. Dicat ergo qui sui compos est, an aliquantò quidquam egerit, quod minus delectabat? Dicat, an sibi placita sequens, expertus non sit, se ita liberum esse, ut eadem, si nouisset, plenā libertate non prosequi potuisse? Agimus utique, & saepissime, ea quæ nobis dolorem potius, fastidium, & mœrorum afferunt; sed sempèr animum in aliud intendimus, quod nos magis delectet. Sic Curtium, dum se in foveam præcipitem egit, magis amor patriæ, suique nominis apud posteros gloria, quam vita ipsa delectabat. Sic mercatorem, qui naufragii timore merces projicit in mare, vita magis, quam pecunia delectat. Quisque itaque sui

cordis indolem tantisper contempletur , & nisi mendax deprehendi velit , fateatur oportet , se quod magis delectat semper agere , & liberè semper operari , internâ dictante conscientiâ , ita se agere , ut si nolle , non ageret. Hinc duo veluti axiomata statuere possumus , cuique animi nostri conditionem attentiùs insipienti statim obvia. Primum , quod nostra voluntas id semper sequatur , quod pensatis omnibus actionis adjunctis , & fine potissimum , nos magis delectat. Alterum vero , quod plenâ atque integrâ indifferentiæ libertate , quod magis delectat prosequatur. Optimè ergo Augustinus ajebat tract. 26. in Joann. Poëta licuit dicere : *trahit sua quemque voluptas ; non necessitas , sed voluptas ; non obligatio , sed delectatio . . . Nuces puero demonstrantur , & trahitur ; & quod currit , trahitur , amando trahitur , sine laesione corporis trahitur , cordis vinculo trahitur . . . Quæ inter delicias , & voluptates terrenas revelantur amantibus , trahunt , quoniam verum est , trahit sua quemque voluptas.*

IX. Ex hactenùs dictis , quæ in omnibus nostris naturalibus actionibus certissimo constantique experimento verissima esse dig-

noscuntur, gradum nunc ad eas faciamus, quæ vel virtutis laudem, vel vitii dedecus habent, quibusque vel præmium à Deo, vel pœnam promeremur. Nec in præsenti de cuiusvis creaturæ naturali impotentia ad supernaturale bonum vel cognoscendum, vel diligendum solis naturæ viribus sermonem faciam: sed miseram potius hominis sortem post Protoparentis lapsum consideremus: cuius jam intellectus maximâ laborat ignorantia, quâ, ne rectè judicet, prohibetur; immanni ad malum proclivitate raptatur voluntas, undè terrenis illecebris summoperè delectetur. Hinc prima mali labes: hinc misericordiarum omnium fons & origo. Quamvis enim intellectus, cuius est de rebus singulis judicium ferre, naturalis sciat præcepta legis, noscat etiam quarumdam saltēm virtutum præstantiam, adde etiam, si velis, quod sanctæ Fidei lumine illustretur; quia tamen *fascinatio nugacitatis obscurat bona.* Sap. 4. vix aliquid boni in quibuscumque objectis à sensu remotis, si minus theoretice (alioquin fidem ejuraret), at quidem actu, & judicio, ut ajunt, *practicō*, sibi percipere videtur: contrà verò à sensuum voluptatibus, ab edu-

cationis præjudiciis, & penè ab omnium, quibus circumdatur, jucundâ objectorum specie seductus, magnam sempèr boni rationem in hisce temporalibus oblectationibus deprehendit. Cùm enim verissimum experientia probet illud Horatii effatum, *mitius irritant animos demissa per aures, quam quæ sunt oculis spectata fidelibus,* multò magis animum extimulant quæ præsentes sunt, ac per sensus hauriuntur delectationes, quam quæ vel expectantur, vel aliorum testimonio creduntur, vel in abstractis ideis considerantur; ac naturali sempèr homines instinctu temporalibus magis bonis, quam æternis, sensibilibus magis, quam spiritualibus inhiant, ac delectantur. Singuli proindè pro naturali corporis temperatione, pro acceptâ educatione, pro adquisitis sive theoreticis, sive moralibus habitibus, proque innumeris aliis rationibus, aliis corporis voluptates, aliis mundanam gloriam, alias terrenas dignitias, prout quisque ex uno magis quam ex alio delectationem captat objecto, prosequuntur. Meritò ergò ajebat Joannes I. ep. 2. *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vi-*

tæ. Quòd si quandoquè ex uno vitio quis emergere tentet, id non præstat nisi in aliud incurrendo: temperat sibi voluptatibus, ne gloriam lædat; abstinet à crapulâ, ut parcat pecuniæ; fastum calcat, sed ut benè Diogeni respondit Plato, alio quidèm fastu. Quod optimè exposuit Prosper, canens in carmine de ingr. ver. 188.

..... manet ergò voluntas  
Sempèr amans aliquid, quò se ferat, & laby-  
rintho Fallitur, ambages dubiarum ingressa viarum.  
Vana cupid, vanis tumet, & timet, omnimo-  
dāque Mobilitate ruens in vulnera vulnerē surgit.

Paucis itaque dicam. Homo suis viribus relictus, propter ignorantiam, quâ obcœcatur intellectus, ac propter sensibilium objectorum præsentiam, veras vel apparentes boni rationes, quæ in terrenis rebus reperiuntur, vividiùs clariùsque percipit; propter concupiscentiam vero, aliosque pravos habitus, quibus opprimitur voluntas, in ipsis quammaximè delectatur. Quapropter dum superiora bona concurrunt cum infe-

rioribus, cœlestia cum terrenis, spiritualia cum carnalibus, sempèr iis posthabitatis, hæc sibi seligit, & amplexatur. Liberè quidem agit, & plenâ indifferentiâ; quia tūm in superioribus, cùm in inferioribus bonis mali simùl & boni rationes agnoscit: sempèr tamen hæc inferiora sequetur; quia licet spiritualium bonorum theoreticè præstantiam noverit, ea tamen in praxi ceteris præfert, quorum oblectamenta magis sentit, quæque sibi amplius placent. Undè merito illud repeatat: *Video meliora, proboque, deteriora sequor.*

X. Quis autem inter tot miserias ærumnasque, quibus undique angitur ac premitur, si fidei lumine illustretur, non exclamet cum Apostolo: *infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Ad Rom. 7. Sed ecce præsentissimum tot malis remedium, ab ipso Apostolo indicatum: *Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum.* Gratiæ enim, quam per Jesu Christi merita nobis Deus impertit, munus est facere, ut homines quæ agenda sunt videant, & ad implenda quæ viderint convalescant. Hinc bene ajebat Augustinus lib. 2. de pec. mer. cap. 17. *Nolunt homines facere quod justum est, sive quia latet*

*an justum sit, sive quia non delectat.* En ambos  
omnis humanæ perversitatis fontes, de qui-  
bus numer. superiori egimus, clarè exposi-  
tos: quòd scilicet vel intellectus bonum,  
quod in verâ virtute latet, non videat; vel  
quòd bonum illud, quod tanquam in obs-  
curo dignoscitur, minimè voluntatem dele-  
ctet. Sed vide quid præstet Dei gratia, ut  
malis hisce medeatur. Subdit idem S. Doctor:  
*ut innescat quod latebat, & suave fiat quod*  
*non delectabat, gratiæ Dei est, quæ hominum*  
*adjuvat voluntates.* Optima proindè est gra-  
tiæ definitio ab ipso Augustino tradita lib. 4.  
ad Bonif. cap. 5. *Gratia propriè est inspiratio*  
*dilectionis, ut cognita sancto amore faciamus.*  
Vides itaque non esse Dei gratiam aliquod  
immane monstrum, undè homines terrean-  
tur; non esse ænigma, quod Oedipo indi-  
geat, ut explicetur; non esse mysterium hu-  
manis mentibus impervium, Molinæ tan-  
tummodo reseratum; sed rem esse homi-  
num agendi modo plenè aptam atque acco-  
modam. Cum enim ita sempè homines ope-  
rentur, ut intellectus præcedat cognitio, quæ  
boni rationes percipit in objecto, sequatur  
indè voluntatis actio, quæ percepti boni

trahitur delectatione ; pari prorsus modo gratia intellectum illuminando efficit , ut cognoscantur veræ illæ boni rationes , quæ prius latebant. Isthuc verò voluntati satis non est , ut in supernaturalis boni amorem inardescat ; non enim voluntas à supernaturalibus bonis , licet cognitis , naturaliter illici potest. *Cum id quod agendum est* ( ait August. lib. de Spir. & lit. cap. 3. ) *cæperit non latere , nisi etiam delectet , & ametur , non agitur , non suscipitur , non benè vivitur.* Qua de re opus est ulterius , ut gratia voluntati sanctam inspiret dilectionem , ac præstet ut mandatorum observantia , virtutes , Deus ipse delectent. Statim verò ac voluntas superni boni delectatione trahi se sentit , in illud celeri motu fertur ; liberè tamen plenâque indifferentiâ ; quia in ipsis superioribus bonis plures adhuc mali licet apparentis invenit rationes , quibus ab eorum prosequutione repellatur : nimirum quod sint difficultia , sensuum voluptatibus contraria , quæque magno , assiduoque labore opus est ut adipiscantur.

XI. Sed quoniam sancta delectatio , divinâ operante potentiatâ , in humanis cordibus

bus excitata , haud prohibet , quominus terrena quoquè delectatio ex naturali exurgens voluntatis erga temporalia bona sensuumque illecebras propensione , sentiatur ; consideremus nunc paulispèr hominem inter utramque delectationem , cœlestem , scilicet , & mundanam fluctuantem . Hoc verò non modò in supernaturali rerum ordine , sed in ipsis naturalibus actionibus crebrò usuvenire dignoscimus . Finge tibi militem primâ in acie constitutum , cui præstò sit effugium , quo imminentि discrimine elabatur . Animi pendet inter vitæ , gloriæque amorem , anxiusque hæret , nùm suæ gloriæ magis consulat , quam vitæ . Si vincat amor gloriæ , firmus in statione consistet , & commissa pugna , strenuè cum hostibus collato pede certabit . Quòd si servandæ vitæ vincat amor , neglecta gloriæ ignayus desertor è signis evadet . Cœsarem contemplare ad Rubiconem cogitabundum , atque inter indictas à Senatu jussiones , ac supremæ potestatis amorem ancipitem : sed vincit dominationis amor , & illicò , quasi jacta alea , prosilit in flumen . Sempèr itaque trahit sua quemque voluptas , & quod amplius delectat , id hominem con-

ve-

venit operari. Simili fermè pacto sæpè voluntas inter Dei, rerumque fluxarum amorem, inter cælestes, terrenasque delectationes, anxia atque anceps hæret. Hinc est illa pugna ab Apostolo descripta, & cunctis propriâ experientiâ nota, quâ *caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem*: *Ad Gal. 5.* Vellit quidèm homo, si id posset, utraque jungere, & Deo simùl servire & Mammonæ. At quoniam id impossibile est, quòd major trahit delectatio, eò se tandem vergit voluntas; sed non sine pœnâ, & angore, quòd alterutrum ex propositis bonis amittere compellatur. Si ergò vincat sæculi illecebrarum amor, terrenis delectationibus adhærebit; sed conscientiæ stimulis perpetuò exagitatus, quòd suâ culpâ sit Divino lumini rebellis, quòd in vacuum Dei gratiam recipiat, quòd Spiritui Sancto vocanti ac trahenti resistat, quòd cælestia bona parvipendat, atque æternis se obnoxium reddat suppliciis. Hæc autem sancta delectatio, quæ à terrenâ vincitur cupiditate, Dei gratia quidèm est, homini per Christi merita collata; sed inefficax dicitur, quòd suo pleno frustretur effectu. At si Dei superebet.

ret amor , ac potior sit cælestis delectatio ; voluntas contra obnitentis concupiscentiæ conatus Deo adhærebit , & stabilis in mandatorum observantiâ perstabit : sed magnâ opus est vi , secum ipsa pugnet , cum terrenis voluptatibus adhuc se allici sentiat ; nec sine dolore amittere valeat , quod sensibus adeò jucundum , & suave videbatur. Hoc Salvator expressit , dum ait : *Regnum Cœlorum vim patitur , & violenti rapiunt illud.* Matth. 11. Hæc autem sancta delectatio , quæ contrariam superat carnis concupiscentiam , est illa gratia efficax & viætrix , quam tertio quoque verbo in suis omnibus operibus , post exortam Pelagianam hæresim scriptis , memorat Augustinus. *Hac* , ait ipse lib. de Spir. & litt. c. 29. *Inspirata gratiæ suavitate per Spiritum Sanctum , facit (Deus) magis delectare , quod præcipit , quam delectet quod impedit.* Sempè enim justè vivеремус , addit ibid. cap. 35. si nihil eorum , quæ ad justitiam pertinent lateret , & ea sic delectarent animam , ut quidquid aliud voluptatis dolorisque impedit , delectatio illa superaret. Quod in expositione cap. 3. Epist. ad Galatas hoc apto confirmat exemplo : *occurrit , verbi gratiâ , forma speciosæ feminæ , &*

movet ad delectationem fornicationis ; sed si plus  
 delebet pulchritudo illa intima , & sincera spe-  
 cies castitatis , per gratiam quæ est in fide Chris-  
 ti , secundum hanc vivimus , & secundum hanc  
 operamur . Tempus me diesque deficeret , si  
 multa vellem ex Augustino congerere testi-  
 monia , quibus exposita efficacis gratiæ no-  
 tio apertissimè declaratur . Sed adhuc paulu-  
 lum in proposito argumento sistamus . Quan-  
 doquè inter Dei mundique amorem , atque  
 inter utramque oppositam delectationem  
 adeò pertinax est pugna , ut vix cælestis de-  
 lectatio terrenam supereret : tunc quidèm con-  
 stans in mandatorum observantiâ stabit vo-  
 luntas , sed adeò miserè jaætatur , ut se jam  
 penè in peccata præcipitem cernat . Quan-  
 doquè verò tanta est abundantia Dívinæ  
 charitatis , tanta cælestium charismatum suau-  
 itas , ut terrenæ delectationes voluntati  
 prorsùs vilescant , & fastidium , mœrorem-  
 que potius ingerant , immò pœnæ ipsæ , &  
 corporis cruciatus , ut sæpè evenit in Sanctis  
 Martyribus , vix sentiantur . Tunc læta vo-  
 luntas , & reluctantis concupiscentiæ jam  
 penè viætrix , Deo , cuius odore suavitatis at-  
 trahitur , ardentissimè adhæret , viam man-  
 da-

datorum celerrimè currit, & existimat omnia  
detrimentum esse propter eminentem scientiam Je-  
su-Christi. Ad Philipp. 3.

XII. Quæ hactenùs diximus, ut idoneo  
firmemus exemplo, sit nunc ipse Augusti-  
nus, quem optimum magistrum in omnibus  
sequuti sumus, & exemplum & testis. Deus  
ergò, qui suā admirabili sapientiā ac pro-  
videntiā melius quandoquè judicat de malis  
benè facere, quām mala nulla esse permettere.  
August, in Enchir. 27. Augustinum, quem  
secundūm propositum voluntatis suæ elege-  
rat, ut in Ecclesiâ tūm libertatis humanæ,  
cūm divinæ gratiæ esset & magister, & pro-  
pugnator, ad tempus in ipsius liberi arbitrii  
manibus reliquit; tūm posteà suæ gratiæ au-  
xiliis affatim cumulavit; ut proprio experi-  
mento edocetus, utriusque officia discerneret  
& vires. Ipse itaque licet optimo ac perspi-  
caciissimo donatus ingenio, licet piè, ac li-  
beralitèr educatus, licet Christianæ fidei ve-  
ritates optimè nosset, ut tamen sensit libidi-  
nis æstus, ac terrenas illecebras cominùs as-  
pexit, adeò earum delectationibus captus  
est, ut sibi indulgens, sensuum, terrenæque  
gloriæ voluptaribus totus difluxerit. Ipsum-

met audiamus sese ita graphicè depingen-  
tem: *Exulabam à deliciis domus tuæ, cum ac-  
cepit in me sceptrum, & totas manus ei dedi,*  
*vesania libidinis*, lib. 2. Confess. cap. 3. *Di-  
cat tibi nunc, ecce cor meum, quid ibi quære-  
bat, ut essem gratis malus, & malitia meæ  
causa nulla esset, nisi malitia?* Fœda erat, &  
*amavi eam, amavi perire, amavi defectum meum,*  
ibid. cap. 4. Seducebamur, & seducebamus, falsi  
atque fallentes in variis cupiditatibus.... hic  
superbi, ibi superstitioni, ubique vani.... Quid  
enim sum ego sine te? nisi dux in præcepto? lib. 4.  
cap. 1. Adeò verò carnis voluptatibus miser  
inhæserat, ut subjungat: *Putabam me miser-  
rum fore nimis, si feminæ privarer amplexibus,*  
lib. 6. cap. 11. Religatus morbo carnis morti-  
ferâ suavitate trahebam catenam meam, solvi  
timens.... ut me affirmarem cœlibem vitam nullo  
modo posse degere. Ibid. cap. 13. At misericors  
Dominus, cuius providentia in suâ disposi-  
tione non fallitur, sed fortiter, suaviterque  
omnia regens, quæ ab æterno immutabili  
decreto facienda constituit, omnipotenti vir-  
tute in tempore adimplet, Augustinum in te-  
nebris, atque in umbrâ mortis sedentem, suæ  
gratiae auxiliis illuminare, ut fœdum incon-

tinentiae aspectum , ac renitentei castimoniæ pulchritudinem aspiceret , ipsiusque affectus à voluptatum carnalium cœno evelle re , atque ad superiorum bonorum amorem inflammare simul cœpit . Hac novâ luce ipse perfusus , ut se vidit , exhorruit , ingemuit que . Optâasset statim è tot malis emergere : sed captivitatis suæ vinculis religatus , non poterat ; major enim , quæ in ejus corde vigebat , carnalium illecebrarum delectatio cælestem illam , quam divina gratia nuper invexerat , longè superabat . Utraque autem opposita delectatio ipsius voluntatem distrahebant , & quasi duæ contrariæ voluntates in ipso pugnabant . Sed nova à Deo inspirata voluntas adhuc parva erat & invalida , ne antiquam posset validissimam superare . En quomodo sui animi angores , atque utriusque voluntatis pugnam ipse delineat : *Suspirabam ligatus non ferro alieno , sed ferreâ meâ voluntate ... velle meum tenebat inimicus , & indè mibi catenam fecerat , & constrixerat me.... Voluntas autem nova , quæ mibi esse cœperat , ut te gratis colerem , non erat idonea ad superrandam priorem vetustate roboratam . Ita duæ voluntates meæ una vetus , alia nova , illa car-*

nalis ; ista spiritualis , configebant inter se , atque discordando dissipabant animam meam , lib. 8. cap. 5. Nitebatur aliquando surgere , sed infirmi ejus conatus à dominante libidine vici . infelicitè cedebant : quod hac compunctione egregiè ipse met explicitat : cogitationes quibus meditabar in te , similes erant conatibus expurgisci volentium , qui tamen superati soporis altitudine remerguntur. Ibid. Jam clarè agnoscet , quantum Dei charitas terrenis præstaret cupiditatibus , sed præponderante voluptatum amore præpeditus , quâ è suis vinculis evaderet nesciebat. Ita se ipse deplorat. Certum habebam esse melius tuæ charitati me dedere , quam mœc cupiditati: sed illud placebat & vicebat ; hoc verò libebat , & vicebat. . . Frustrà delectabar legi tuæ secundùm interiorem hominem , cum lex alia in membris meis repugnaret legi mentis mœc , & captivum me duceret in legem peccati. Ibid. Sed paulatim invalescente in Augustini corde Divinâ gratiâ , gravior etiam pugna inter carnem & spiritum exarsit ; itaut vix sæculi inolitus amor succendentem Dei charitatem superaret ; at superabat tamen. Videbatur sibi jam penè liber ; at dum in superiora conabatur assur-

gere, se adhuc vinculis retineri agnoscebat: quapropter mœrore angebatur, seipsum increpabat, & in fletus largissimè erumperebat. Sed præstat ut ipsum audiamus. *Sic ægrotabam & excruciarabam accusans memetipsum solito acerbius nimis, volvens, & versans me in vinculo meo, donec abrumperetur totum, quo jam exiguo tenebar, sed tenebar tamen... Jam penè faciebam, & non faciebam.... Et item conabar, & paulò minus ibi eram, nec attingebam, nec tenebam, hæsitans morti mori, & vitæ vivere; plusque in me valebat deterius inolitum, quam melius insolitum.* Lib. 8. cap. 11. Sequenti etiam capite sui cordis mœrores, suas humiles ad Deum preces, atque uberes lacrymas vivis exhibet coloribus: donec tandem misericordiarum Pater, qui Augustinum ita jactari siverat, ut divinæ gratiæ necessitatem, & robur in seipso experiretur, abundantioris gratiæ donis ita ipsius cor à terrenis cupiditatibus astraxit, ut statim non modo se ab antiquis vitiorum vinculis liberum senserit, sed licitis etiam voluptatibus se perpetuò abdicarit. *Statim quippe (ipse ait) quasi luce securitatis infusa cordi meo, omnis dubitationis tenebræ diffugerunt.... Convertisti enim me*

*ad*

*ad te, ut nec uxorem quærerem, nec aliquam spem sæculi hujus, lib. 8. cap. 12.* Sed aspice divinæ gratiæ potentiam! Tantâ vi divina charitas continuò in Augustini pectus irruptit, ut carnis illecebræ, quas priùs tanto animi ardore deperierat, ipsi statim vilescerent; tantaque fuit divinæ suavitatis, ac delectationis in ejus corde diffusa abundantia, ut terrenarum voluptatum dulcedine prorsùs carere summoperè lætaretur. Ipsum met de se testantem audiamus. *Quàm suave mihi subitò factum est carere suavitatibus nugarum, & quas amittere metus fuerat, jam dimittere gaudium erat. Ejiciebas enim eas à me vera tu & summa suavitas, ejiciebas, & intrabas pro eis omni voluptate dulcior, sed non carni, & sanguini, l. 9. cap. 1.* In sinceris hisce Augustini confessionibus tûm humanæ concupiscentiæ, tûm divinæ gratiæ indolem, naturam, atque operandi modum quisque legat, & quasi in tabulâ accuratè depictâ intueatur.

Hæc monita, in quibus nil præter hominem ipsum, ejusque voluntatis tûm naturaliter, tûm supra naturam in agendo œconomiam perspicuis characteribus expressimus, præ manibus, benignè Lector, ju-  
gi-

gitèr habe : & quamvis parùm fueris in rebus Theologicis versatus , spondeo tamen, quòd omnes Molinianorum cavillos , sophismata , paralogismos , ridebis. Si Vener. Episcopi de Palafox epistolam Pastoralem legeris ; hominem ibi cernes , sive sub peccati lege cupiditatum vinculis illigatum , sive sub gratiæ libertate suavissimo Christi jugo mancipatum , iisdem coloribus depictum , quibus sese refert Augustinus , ex quo sæpiissimè sententias , sæpè etiam ipsa verba mutuatur. Quid ergo sibi volunt sycophantæ isti , qui illum violatæ fidei accusant ? Anne Augustinum quoquè Jansenistis accensebunt ? Anne garrient Augustinum revincendi Pelagianos ardore raptum , ultrà quām oportuisset , prætergressum ? Scias autem inter Palafoxii inimicos , qui talia blasphemarent , non defuisse. At præterquām quòd Augustinus ante exortam Pelagianam hæresim libros Confessionum adornârit , ut ipse testatur lib. de don. persever. cap. 20. in libris quoquè contra Pelagianos elucubratis ipsum lubens sequere , quem veluti Patrem & Magistrum veneratur , & sequitur Ecclesia : sequere etiam fidelissimum Augustini disci-

pulum Palafoxium : securus eris : & præstat  
tibi, ut cum Augustino, & cum Palafoxio  
Jansenianus voceris, quām si dicare Molinianus.  
Quòd si rursùs Molinianos audies  
clamantes, efficacem gratiam officere liber-  
tati ; ineptos eorum clamores rursùs irride.  
Nunquid dum agit homo quia vult, atque  
ita agit, ut planè cognoscat, propriâque  
experienciâ penè sentiat, se ab agendo in-  
tegrâ libertate desistere posse, si velit, in-  
differentiæ libertate dici unquam poterit ca-  
rere? Quòd si tandem in Tournelium, mag-  
num illum Jesuitarum assentatorem, alios-  
que similis furfuris Molinianos incideris, qui  
delectationem vietricem ac prædominantem,  
quæ voluntatem certò moveat ad agendum,  
omnium Jansenianorum errorum fontem es-  
se, ac radicem vociferantur : audacter res-  
ponde, te in dijudicandis contra fidem er-  
roribus, Ecclesiam duntaxat, ejusque Pas-  
tores audire: eorum verò dicta, ceu mera  
emotæ mentis deliramenta aspernari. Nun-  
